

DE USU VERBI SUBSTANTIVI TACITINO.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARUM LIPSIENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

CAROLUS WETZELL
CASSELLANUS.

CASSELLIS HASSORUM.
EX TYPIS BAIER & LEWALTER.
MDCCCLXXVI.

VIRO

PRAENOBILISSIMO AC SUMME VENERANDO

IOH. CAR. FLUEGEL

PROFESSORI ET DOCTORI PHILOSOPHIAE

HAS STUDIORUM S. PRIMITIAS

GRATO ANIMO

OBTULIT

AUCTOR.

Vita.

Natus sum, Carolus Hieronymus Hermannus Wetzell, Hombergi Hassorum die VI. m. Novembris a. h. s. MDCCCLIII. patre Hermanno, Ida matre. Fidei addictus sum evangelicae. Literarum primordiis imbutus, Cassellis adii gymnasium, Lyceum Friedericianum, quod Matthiae sub auspiciis deinde Vogti tunc temporis florebat. Cum XIII annos natus essem, pater carissimus, qui tunc Nauhemi munere publico fungebatur, morte mihi ereptus est. Verno autem a. MDCCCLXXII. Lipsiensem illustrem inii disciplinam, ubi me docuerunt Ritschl, G. Curtius, Lange, Brockhaus, Hildebrand philologi, Drobisch philosophus, Voigt, Biedermann historici. Ut exercitationibus historicae societatis interessem benigne concessit G. Voigt, ut proseminarii philologici G. Curtius et L. Lange. Cum deinde verno a. MDCCCLXXIV Bonnam profectus essem, Bernays, Heimsoeth, Usener philologi, Schaefer historicus me instituerunt. In seminarium historicum ut reciperer Schaeferi, Sybeli, Ritteri insigni benevolentia factum est. Praeterea interfui exercitationibus proseminarii philologici, quod mihi per Useneri benevolentiam licuit. Ultimo denique tempore Gottingae Sauppii et Muelleri institutione fructus, ut doctoris philosophiae gradum adipiscerer in domo matris literis dedi operam atque dissertationem meam ad finem perduxi. Viros autem, qui me docuerunt atque optime de me meriti sunt, nunquam fiet quin grato animo semper colam.

DE USU VERBI SUBSTANTIVI TACITINO.

I.

PROLEGOMENA.

1.

Verbi substantivi usum Tacitinum *) cum sim investigaturus, omissionem frequentem eius verbi tractare in animo habeo. In quam rem inquirere ideo mihi visum est **), quod iusto magis adhuc neglecta videtur esse. — Neque tamen ea quaestio sine aliquo fructu est. Primum enim usui videtur esse, quibus finibus omissio v. subst[i] a Tacito conclusa sit

*) Utrum rectius scribatur *Taciteus* an *Tacitanus* an *Tacitinus* exponit Wissowa in lectt. Tacitinis, spec. II. Vratisl. 1829. Sed posteriores eum non secuti scribunt *Tacitanus* (C. L. Roth, emendationes Tacitanae. Norimb. 1833) vel *Taciteus*.

**) Quae recentiores de stilo atque syntaxi Taciti scripserunt, composita sunt apud W. Teuffel, Geschichte der röm. Lit. p. 677. et apud Woelfflinum in Philologi voll. XXV, XXVI, XXVII. Praeter libros ibi nominatos in manus mihi venerunt: J. Stander, Nonnulla de elocutione Taciti (Koeln 1863. Progr.). — Andresen, de vocabulorum T. collocatione (Berol. 1874. Pr.). Ad. Pohlmann, adnotationes in C. Taciti Agricolam admixtis observationibus sermonis Tacitei, ut exstat in scriptis minoribus. (Gott. 1871. Diss. inaug.). Gerber de coniunctionibus temporis *ante, (prius)-quam, postquam, donec, quoad* et coniunctionum concessivarum *quamquam, quamvis* usu Taciteo (Glueckstadt 1874. Pr.). R. Macke, die Substantive des Tacitus, eine statistisch lexicalische Untersuchung und Zusammenstellung (Ploen 1874. Pr.). Woelfflini, Joh Muelleri mentionem facere supervacaneum est.

quaerere. Quae quidem quaestio ita nobis instituenda erit, ut historicae grammaticae rationi operam demus. Nam sicut omnes linguae atque orationis res paulatim provenerunt, ita etiam in verbo subst^{o} omittendo sensim sensimque ad maiorem licentiam Romani scriptores progressi sunt et quae ellipsis primo maxime offendit animos audientium, eam paulo post vix senserunt. Quare de omissione, quae apud Ciceronem invenitur, longe aliter iudicandum est, quam quae apud Tacitum, id autem vel maxime respiciamus, quatenus uterque ab usu aequalium diversus fuerit. — Cum autem brevitatem, qua Tacitus orationem suam praeter ceteros scriptores insignem fecit atque operibus suis elocutionis colorem rebus narratis tam aptum impertivit *), in omissione v^{i} subst^{i} vel maxime apparere videamus **), non acta agere videtur qui singulis locis, quomodo Tacitus ea licentia in variis rebus narrandis usus sit, demonstrare conatur. Hoc mihi in disquisitione suscipienda fuit consilium neque, ubi vires me defecerint, voluntatem laudatum iri non spero.

Sed rem adgrediamur! Ex grammaticis Zumptius de ellipsi §. 758—783, de ellipsi v^{i} subst^{i} §. 776 disseruit. Atque is quidem ellipsis notionem habet maxime amplam, quam hisce verbis proponit: »Ellipsis nennen wir die Auslassung eines oder mehrerer Wörter, welche zur Vollständigkeit der Construction nothwendig sind oder wenigstens einem Nicht-Römer scheinen, insofern wir geneigt sind, den voll-

---

*) de stili Tacitini colore quae Nipperdeyus in praefatione annalium p. XXXIX. egregie disputavit hic in medium profero: „Seine Kürze besteht vornehmlich darin, dass er durch geschicktes Hervorheben der Hauptmomente den Geist des Lesers zur selbststaendigen Ausfuehrung der Anschauung erregt, dass er in iedes Wort so viel als moeglich legt, mit Vorliebe solche Woerter und Constructionen gebraucht, die ganze abhaengige oder Zwischensätze ersetzen, wie Verbalsubstantive, Participien und die im Lateinischen so reichhaltigen Participialconstructionen, endlich in verkuerzenden grammatischen Redefiguren, von denen er besonders das Zeugma mit Kuehnheit anwendet."

**) cf. Draeger, Syntax und Styl des Tac. (Lpz. 1868) p. 86.

ständigen Ausdruck eines Gedankens, worin kein Wort zu ergänzen ist, als den regelmässigen und ursprünglichen anzusehen.« Quae ratio ad discendam linguam latinam cum satis apta videatur, tamen una solum pars totius quaestionis est, immo rem interiorem respicienti non recte, si de proprietate quadam sermonis latini iudicatur, sensus eius, qui Romanus non est, adhiberi videtur; maiore iure inde grammatico proficiscendum erit, ut quaerat senserintne Romani ipsi omissionem et quae omissio sensui eorum gravior, quae levior fuerit. Recte autem Zumptius figuram *ἀποσιωπήσεως* atque alia rhetorica et brevitatem proverbiorum ex doctrina ellipsis excludit, qua in re plerique posteriores grammatici eum secuti sunt. Quae de v° subst° attulit pauca sunt et singulis locis a me proponentur. — Sequuntur quae M. L. Seyffert in palaestra Ciceroniana (ed. III. Brandenburg 1852, p. 17) de eadem re disputavit. Sed is solum Ciceronis usum in disceptationem vocavit, materia, quam magnam habet, ego summa cum gratia erga V. D. usus sum. Principia omissionis constituit tria. 1. Copula propter rhythmum orationis omittitur, quo in genere oppositio est, ut Lael. VI. 20 (beluarum hoc quidem extremum, illa autem superiora caduca et incerta) et interrogatio rhetorica *). 2) Brevitas popularis omissionis causa est, ad quod genus Seyffert non recte proverbia quoque referre videtur, sed suo iure hic allegat phrases *nec mirum, minime mirum, nihil ad hoc* etc. 3) Rerum scriptarum genus omissionem efficit. Quod supremum genus melius cum primo in unum conferri puto, ita ut dicatur copulam generis elocutionis causa omitti: **a.** in oppositionibus. **b.** in interrogatione rhetorica. **c.** in disquisitione qua breviter aliquid docetur atque demonstratur. **d.** in descriptione morum

*) De natura eius omissionis dicit egregie Seyff. ad Lael. p. 78: „Die Praedicate werden in kurzen Gegensaetzen praedicirender Urtheile zu schaerferer Markirung potenzirt, d. h. erscheinen ohne die sonst noethige Stuetze der logischen Copula, die hier den abgeschlossenen, praecisen Numerus nur stoeren und vernichten wuerde."

vel institutorum decurtata. Rationem quam Seyffert indagavit, secuti sunt C. F. v. Naegelsbach (Lat. Stilistik, Norimb. 1870) et G. W. Gossrau (Lat. Sprachlehre, Quedlinburg 1869). Atque Naegelsbach quidem quod Seyffert incepit non paulo produxit atque auxit *). Postquam enim singularia quaedam genera enuntiatorum percurrit, in quibus *esse* saepius omitteretur — neque in ea re a Seyffertio decedit — confirmat apud verba nonnulla v. substantivi formas interdum deesse, ut Cic. de finn. 5, 5, 13 (Strato physicum se voluit), de opt. gen. 5, 15 (qui se Atticos volunt), quare novam sane quaestionis partem aperuit. Reisigius cum in praelectionibus §. 455 singula utilissima affert, tum id contendit v. substantivum non deesse, ubi plenam vim habeat nec solo copulae munere fungatur, quae regula quid apud Tacitum valeat infra videbimus.

Ex editoribus recentioribus Nipperdeyus in annalibus saepius a codd. auctoritate discrepans singulas v. substantivi formas adposuit, quam rationem Draegerus in editione annalium (ed. II. Lips. 1872) et Agricolae (Lips. 1873) et in libro, quem de syntaxi et stilo Taciti scripsit, et Ioh. Muellerus (Beiträge zur Erklärung und Kritik des Tac. H. II. Innsbruck 1869. p. 39) refutaverunt. Historiarum egregius editor C. Heraeus (Woelfflin, Philol. XXVII. p. 113 sqq.) multa sparsim in adnott. de verbo substantivo disseruit. In ed. dialogi, quae mihi praesto fuit (Andresen, Lpz. 1872) et Germaniae (Schweizer-Sidler, Halle 1871) de v. substantivo nihil inveni.

In scriptis, quae de stilo atque syntaxi Taciti exstant, pauca de verbo substantivo inveniuntur. W. Boetticher (prolegg. ad lex. Tac. pag. LXXIII., cf. E. Woelfflin, Philol. XXV. p. 92) modum collectionis imperfectae non excessit, Draegerus de coniunctivi omissione maxime utilia §. 36 attulit, sed longe summi momenti sunt duo scripta, alterum Storchii (Einige Bemerkungen zur Grammatik des Tacitus für den Schul-

*) p. 510 sqq.

gebrauch, Memel 1868. Progr.) alterum R. Schmidtii (de ellipsi Tacitina, Dramburg 1871. Pr.) de quibus hoc loco plura dicere opus est. Storchius enim a notione ellipsis omnino secludit locos, quibus notio supplenda aut antecedit aut subsequitur, ut locos a Wexio ad Agr. p. 53 laudatos H. III. 44 (quod illic secundae legioni a Claudio praepositusΓ*) et bello clarus egerat). Sed timeo ne Storchius a multis in ea re minus intelligatur. Nam ellipsis omnino fieri nequit nisi ex connexu sententiarum notio omissa suppleri potest**). Rationem autem Storchii si sequimur ellipses, quae graviorem offensionem movent, leviores, ac quae leviorem, graviores apparent, cum in omnibus exemplis, quae affert, ubi ad enuntiatum, in quo copula deest, aliud enuntiatum c. verbo finito per *et* adiungitur, ellipsin ante Tacitum paene solum apud poetas inveniri recte Reisigius §. 455, 2 admoneat. Tamen huius generis etiam exemplorum non omnium eadem condicio est, cum verbo finito cum forma v. substantivi supplenda composito (Gossrau §. 153) omissio levior sit, quam si verbum finitum cum v. substantivo non compositum est, ad prius autem genus pertinet exemplum quod supra protuli, ad alterum A. VI. 21 (tum complexus eum Tiberius praescium periculorumΓ et incolumem fore gratatur). — Aliud genus enuntiatorum, quod St. ab ellipsi secludit, hoc est: Germ. 10 (si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio), ad quem locum haec St. sunt verba: »Dem grammatischen Subiekt ist in diesen Beispielen kein Praedikat beigegeben. Logisch aber enthaelt der Satz ein vollstaendiges Urtheil. G. 10. z. B. ist das logische Subiekt (nemo) in der Negation (nulla) enthalten; das logische Praedikat liegt in dem Verbalsubst. (consultatio) das Obiekt ist durch ***de eadem re*** ausgedrückt = nemo de eadem re consultat.« Quam

---

*) hoc signo saepius ellipsin indicabo.

**) Gossrau p. 589: „Ellipsis (Auslassung) eines Wortes, welches aus dem Zusammenhange sich ergaenzen laesst, aber zur Construction nothwendig ist.“

animadversionem multum lucis praecipue ad Germaniam, in qua talia enuntiata frequentissima sunt, afferre quem fugit? Recte autem St. ostendit id genus enuntiatorum saepissime in descriptione morum atque institutorum (cf. p. 3 sqq.) inveniri. Tamen esse hisce locis omissionem immerito negat, secundum grammaticam est omissio, sed connexus sententiarum eam levissimam facit. Quem libellum Storchii non pernovisse videtur Rob. Schmidt. Is enim de verbo substantivo p. 5 sqq. disputans sic materiem distribuit, ut primo loco de indicativo, secundo de coniunctivo, tertio de infinitivo diceret, quod dividendi principium, si nostra interest singularum formarum usum accurate pernoscere, longe optimum videtur esse. Dubitari enim non potest, quin singularum v. substantivi formarum altera, quam altera facilius omittatur, infinitivus facilius quam indicativus praesentis, indicativus praesentis facilius quam praeteritum, praeteritum quam coniunctivus. Qua re cum eam dividendi rationem a Schmidtio recepissem, tamen ei dissertationis Schmidtii parti plus quam egregiae collectionis laudem impertire vix possum, immo accedit quod loci saepe adeo nulla diligentia designati sunt, ut persaepe eos investigare difficillimum sit. Summam autem curam exemplis coniunctivi tribuisse Schmidtius videtur.

Haec habui de virorum doctorum scriptis quae dicerem. Solum autem de principiis eorum hoc loco iudicare in rem esse censui, cum singula ad posterum tempus reservarem. Nunc paucis qua ratione ipse Tacitinum v. substantivi usum investigaturus sim, exponere liceat.

2.

Priusquam de ellipsi statuamus, de notione ellipsis pauca praemittere opus est. Quid in Zumptii definitione desideraverim demonstravi (p. 3), summi autem videtur esse momenti semper respicere quas omissiones Romani ipsi gravius vel levius senserint ac multas omissiones, quas, qui linguam latinam hodie discere vult, accurate pernoscere debet, Romanis adeo leves apparuisse persuasum habeo, ut eas ne senserint

quidem, ita ut in talibus exemplis de omissione omnino non possit amplius cogitari. Nam hunc fere verum successum fuisse mihi animo fingo: Possumus tempus cogitare, quo in lingua latina omissio erat nulla, deinde paulatim levissimae existebant, quae posterioribus temporibus, quibus gravissimae non rarae erant, a Romanis non amplius sentiebantur. Qua in re scriptores ac poetae plurimum ad formationem quin valuerint, dubium non est. Ut autem exemplo utar, cum apud Plautum in coniugatione periphrastica omissiones formarum *esse*, *est*, *sunt* etc. nonnullae, sed non multae inveniantur, id quod infra demonstrabo, apud historicos tam frequentes sunt, ut nemo Romanus in iis formis omissionem percepisse videatur. Contra earum omissionum, quas Storchius p. 13 attulit (H. III. 44. A. VI. 21), ex Plauto, Cicerone, Caesare nullas praesto habeo, apud Livium addubitantur, apud poetas et Tacitum haud rarae sunt. (cf. p. 5). Sed liceat longius eam rem tractare. Omissiones illas, quas popularis brevitas effecerit, Romani quin minime senserint dubium non est, potius in iis rebus plus in differentia linguarum positum esse quam a Romanis ellipsin usurpatam esse puto. Alia autem ratio est, ubi artifices linguae novum ellipsis usum introduxerunt, ut arte quadam oratoria sensum legentium vel audientium commoverent, quamquam recte huc omnia quae semel apud unum scriptorem uno loco inveniuntur, ut docet Zumptius, referri non debent. — Quae cum ita sint, ego in animo habeo omnes quidem locos, ubi nostro ex sensu v. subst^{um} deesse puto, colligere, tamen semper quomodo Romanorum linguae sensus ea omissione affectus sit, quantum potero, inquirere. Cui principio parum adhuc satisfactum videtur esse, cum plerique de ellipsi scribentes imprimis, quae differentia inter vernaculam et latinam linguam intercederet, respexerint *). Si autem principium illud, quod nunc in me-

*) George Wichert, Ueber die Ergaenzung elliptischer Satztheile aus correspondirenden im Lateinischen. 1. Theil. Guben, 1861. 2. Theil. G. 1862.

dium proposui, tenemus, hanc fere formare velim ellipsis notionem, sed ita ut, quam Zumptius dedit, ius suum iuxta obtineat: Figura ellipsis in lingua latina est omissio verbi, quod Romani, ut iis enuntiatum integrum sit, ex antecedentibus vel subsequentibus verbis facile vel difficile supplere poterant. Qua definitione historicae rationi satisfecisse mihi videor, nam sic nobis manet facultas statuendi temporibus variis varium Romanorum ellipsis sensum fuisse.

Cognito autem, ubi sit omissio et quid debeamus de ea iudicare, altera quaestio non minoris momenti instat, quod discrimen inter positum et omissum verbum substantivum statuendum sit. Itaque eos quoque locos, ubi v. substantivum invenitur non minus accurate pernoscendos esse putavi quam eos, ubi v. substantivum deest, solum dialogum, quippe in quo positiones v. subst. plurimae, omissiones rarae sint, minus accurate in ea re tractari posse ratus. — Sed hic quaestio attingenda est, quam, etsi simplex plerisque videtur, tamen praetermittere non debeo. Admonet enim, ut iam dixi, Reisigius v. subst[um] nunquam omitti, ubi non sit copula, sed plenam vim habeat. Cui, quod ad Tacitum quidem attinet, Storchius repugnat, qui p. 14 in talibus enuntiatis, ut est G *) 10, quod supra laudavi, in quibus *esse* deest, v. existendi esse contendit. Qua de re priusquam longius progrediamur, dubitationem tollere opus est. Praesto sunt mihi duo grammaticorum loci, quorum alter exstat apud Reisigium §. 224, adnot. 392, ubi exponitur v. subst[um] esse v. existendi, si cum adverbio coniunctum sit, ut Sall. Iug. 87, 4 (Romanos, sicuti plerosque remoto metu laxius licentiusque futuros) Cic. pro Rosc. Am. §. 11, alter apud Gossrau §. 23, 9, 3 adnot. 2, ubi *esse* etiam in hisce constructionibus ***esse in loco, in magno honore, esse multi laboris, pro hoste*** verbum existendi esse contenditur. Dubitari autem non potest, quin v. subst[um] copula sit, ubicunque nomen praedicati (substantivum, adiectivum, pronomen, numerale) cum subiecto coniungit, quod quidem ipsum nomen

*) G = Germania. Agr. = Agricola. D = dialogus. H = Historiae A = Annales.

indicat, verbum existendi, ubicunque apud substantivum solum vel cum attributo coniunctum ponitur, ut *est deus*, *est deus benignus*, et ubi adverbium apud verbum substantivum invenitur, qui usus apud Ciceronem rarus est, frequens apud Plautum, Sallustium, Tacitum, Valerium Max., Senecam. Tamen in eo v. substantivi usu omissionem omnino non inveniri iniuria Reisigius contendit, nam ex Cic. afferre licet ad Att. I. 11 sub fin. (mire quam illius loci non modo usus sed etiam cogitatio delectat), ex Tac. A. I. 49, 4 (clamor vulnera sanguis palam, causa in occulto), A. I. 1, 12 (inde consilium mihi). Magna autem mihi est dubitatio de iis rebus, quas Gossrau protulit, utrum apud casus obliquos et apud praepositiones v. substantivum copula sit an verbum existendi, praesertim in locis Tacitinis huiuscemodi: H. IV. 4, 3 (ipsa quoque insectatio in Vitellium sera et sine libertate, scil. erat.) Agr. 5, 8 (non sane alias excitatior magisque in ambiguo Britannia fuit) quibus v. substantivum propter adiectivum copula, propter praepositionem secundum Gossrauium verbum existendi est. Hac in dubitatione id mihi punctum saliens videtur esse, quaerere utrum casus obliquus vel praepositio nominis praedicativi an adverbialem habeat vim nec varium usum variorum scriptorum agnoscere non permissum est. Si ita singulos casus percurrimus, primum invenimus constructum v. substantivum cum genetivo, qui possessionem indicat, ut *esse dicionis*, *potestatis* (Gossrau §. 258) ubi *est* non facile copula fieri potest; contra in constructione, ubi genetivus cum *esse* qualitatem alicuius rei indicat, ut *res est magni laboris* *), genetivus facile praedicativam vim sumere poterat et copula omitti, ut H. I. 15, 25 (nam suadere principi, quod oporteat, multi laboris, adsentatio erga quemcunque principem sine adfectu peragitur) *multi laboris* hic eodem modo tractatum est quam si exstaret adiectivum *laboriosus*. Eodem modo apud dativum duae constructiones discernendae sunt. 1. *Esse* cum dativo personae = habeo, ut *mihi sunt libri* = *habeo libros* (G. §. 283). Verbum substantivum hic non adeo sine emphasi exstare, quam

*) Gossrau §. 267.

ubi copula sit, clarum est, tamen saepius in hisce constructionibus omittitur, nam ex Tac. sexcenta eius generis exempla praesto habeo, ut H. V, 5, 21 (non regibus haec adulatio). 2. esse c. dat. rei et personae ut ***ea res mihi usui magno est.*** (Gossrau §. 281.). Quem dativum facile adiectivi vim capere posse per se intelligi potest, quoniam enuntiatum supra allegatum idem est quod ***ea res mihi utilis est.*** Quam ob rem Tac. scripsit, H. I. 79, 11 (sed tum — neque conti neque gladii — usui, scil. erant.) Eadem valent de ablativo qui qualitatem indicat (Gossrau §. 331) ut ***Caesar fuisse traditur excelsa statura.*** Suet. C. 45, ubi etiam Cicero v substantivum omittit, ad Att. I. 13 (consul autem parvo animo.) Tac. H. V. 6, 12 (lacus inmenso ambitu, specie maris.)

Quin etiam ubi ablativus locum indicat et v. substantivum solum v. existendi esse puto omissio exstat apud Virgilium Aen. II. 322 (Quo res summo loco?) Similesque sunt omissiones Tac. A. II. 82, 2 (At Romae — dolor ira) et aliae. — Postremo loco dicendum est de praepositionibus in phrasibus quales affert Reisigius §. 372 ***esse a manu***, ***esse a consiliis;*** Gossrau §. 238, 3 adnot. 2 ***esse in loco***, ***in maguo honore***, ***pro hoste.*** Eas quoque phrases Tacitum adjectivorum loco adhibuisse elucet ex exemplis quae supra p. 10 laudavi ideoque in talibus omissionibus v. existendi omissum esse nemo contendet, tamen gravioris offensionis eas fuisse consentaneum est. Sed haec hactenus; satis habeo ostendisse, quibus in constructionibus v. substantivum copulam esse iudicem, in quibus verbum existendi, et saepius ***esse*** omitti etiam, ubi verbum existendi sit; id quod non minus facile fieri potuisse puto quam quod saepius apud Tacitum verba dicendi vel agendi desunt. Haec autem rerum summa est: v. substantivum si copula est, saepissime omittitur, ub iv. existendi est, paucis locis omittitur*), saepius deest, postquam ex verbo existendi copula facta est**).

*) apud adverbia, in constructione *esse c. gen. possessionis*, *esse c. abl. loci.*

**) in contructione genetivi, dativi, ablativi qualitatis.

Quibus praemissis de ceteris scriptoribus comparandis pauca dicam. Ne autem quis me dicat simulatorem, me in hac re aliorum collectionibus praesertim Seyfferti, Reisigii, Draegeri, Schmidtii, non pauca debere profiteor. Ipse collegi exempla ex Plauti Trinummo (ed. Brix. ed. II. Lips. 1873.) Cic. de finn. (ed. Madvigius, Hauniae 1839.) ad Att. I. Catil. I. Caesar. bell. Gall. I. (ed. Doberenz. V. Lips, 1871). Liv. XXI. (ed. Fabri, cur. Heerwagen, Norimb. 1852). Sall. Catil. Conjur. (ed. Dietsch, Lips. 1859) Virg Aen. I. et II. (ed O. Ribbeck, Lips. 1860.) Hor. satt. et epp. (ed. Orellius, Turici 1844). Vell. Paterc. hist. Rom. I. (ed. Kritzius, Lips. 1840) Seneca, de ben. (Lips. 1862 ed. Haase). Suet. Jul. (ed. Baumgarten-Crusius, Lipsiae 1816.) Quae pro multitudine scriptorum romanorum nobis relictorum quod minima sunt, tempore plura conquirendi non dato, maxime doleo. Finis autem atque consilium comparationis duplex est. Primum enim fortasse hac commentatione initium capio demonstrandi a quibus primordiis proficiscens figura ellipsis in lingua latina crebriorem usum adepta sit, qua de causa in scriptoribus laudandis temporum successum semper quam maxime servavi. Deinde conabor demonstrare quos scriptores Tacitus in omittendo v. substantivo maxime secutus sit, quibus rebus alios imitatus sit ac quibus singulari ac propria arte ab reliquis scriptoribus differat *).

---

*) De auctoribus Taciti dixit Unico Zernial (selecta capita ex genetivi usu Taciteo. Gott. 1864. pag. 6), longe optime Woelfflinus duobus Philologi locis: Philol XXV. p. 128 ubi recensuit Goebelii dissertationem (de poetica Tacitei styli colore, Berol. 1859) qui auctores Taciti nominat Horatium, Virgilium, Lucanum, Ovidium, et Philol. XXVI. p 121-134. Post Woelfflinum si ego plura afferre vellem, magnae audaciae esset. Primum quod Sallustium attinet, W. multis verborum connexibus egregrie comparatis demonstrat Tacitum Sallustium vel maxime secutum esse, Livium constare in prioribus Taciti scriptis maioris fuisse momenti, poetarum Virgilium a Tacito lectitatum esse, cum Horatius maxime caute in ea re tractandus sit (Tac. G. 5, 10 est videre. Hor. sat. I., 5, 85 quod versu dicere non est). Quod Sallustium attinet multa quoque exploraverunt Orellius, Kritzius, Bernays (Rhein. Mus. XVI. 319).

Ultimo loco restat ut materiam, quam satis abundantem habebam, quomodo distribuerim declarem. Atque ita quidem rem institui ut a leviore ad gravius genus omissionis ut in successu singularum v. substantivi formarum ita in ipsis formis procederem, quo factum est ut — id quod fortasse multis mirum videbitur — primo loco infinitivum collocarem. Sed aliam rem cum hac divisione connexui. Woelfflinus enim cum aliis Philol. locis, tum XXV. p. 95 id quod omnes fere posteriores laudant (Pohlmann p. 3) rectissime commemorat necessarium esse genesin stili Tacitini investigare, multasque quaestiones grammaticas et historicas id ad evidentiam perducere Tacitum scripta quae relicta sunt [excepto dialogo, qui nihil cum reliquis commune habet, tamen primis scriptoris temporibus compositus est] hoc ordine edidisse: Agricolam, Germaniam, Historias, Annales. Cuius rei rationem habere in hac quoque nostra quaestione vel maxime studendum ratus et exempla semper secundum ordinem scriptorum supra datum disposui et de diversitate scriptorum, quatenus propositum attinet, quam plurima potui investigavi.

Tamen infinitivorum et formarum indicativi praesentis verbi substantivi usum Tacitinum ideo brevius liceat tractare, quod et omissio earum formarum minus quam praeteritorum et coniunctivorum memorabilis et omnes formas pari cum diligentia percurrere longum est. Itaque de iis formis haec solum proferimus.

1. ***De usu infinitivorum*** *). Infinitivus praesentis **)

Gerber (de Tacito rerum scriptore qualem bonum oratorem requisivit Quintilianus. Lentschau 1861) Koepkius, Th. Wiedemann (eine Quelle v. Tac. Germania), C. Breuker: Quo iure Sallustius Tacito in describendis Germanorum moribus autor fuisse putetur (Colon. 1870)

*) De forma verbi substantivi ipse nihil disquisivi, quam ob rem sufficiat nominare G. Curtium, Grundzuege der gr. Etymologie. 4. Aufl. Lpz. 1873. p. 378 et 304. Gossrau §. 169. De Taciti usu adnoto *futurum esse* vel *futurum* solum exstare A. XIV. 48, 20 (et publicae clementiae maximum exemplum futurum) et H. III. 32, 15 (statim futurum ut incalesceret), alias pro ea forma semper habet *fore*, ut iam Boetticher

verbi substantivi in coniugatione periphrastica cum a reliquis scriptoribus saepissime omittatur, apud Tacitum, quod quidem adiectiva verbalia in -endus et -urus attinet, paucissimis (IX) locis ponitur, ceteris desideratur. Contra infinitivi praesentis usus apud nomen, praepositiones, adverbia varius est. Primum autem usus maxime amplus nominativi vel accusativi duplicis notandus est, quo Tacitus praeter ceteros scriptores antecellit. Itaque accusativus duplex statuendus est post ***comperio*** (A. IV. 60, 7) reperio (A. VI. 22, 3) ***reputo*** (A. XII 51. 13) ***refero*** (A. IV. 55, 8. XIII. 55, 5) ***defero*** (A. XIII. 33, 5) ***dissero*** (VI. 34, 12) et post alia eius generis verba, cum quibus reliqui scriptores constructionem vel accusativi vel nominativi duplicis non coniungunt. Transeuntes autem ad ea exempla, in quibus vera omissio statuenda est, apud adiectivum ***esse*** plerumque omitti videmus atque iis solum locis poni, ubi narratio maiorem animi commotionem, iram, dolorem, exprimit vel in orationibus vel in exclamationibns. Ita ***esse*** apud adiectivum deest H. I. 50, 15. A. XII. 20, 5 I. 26, 10, positum est post nonnulla verba sentiendi vel dicendi (H. II. 54, 8. A. I. 66, 9). Apud substantivum ***esse*** plerumque ponitur (G. 45, 19. H. I. 49, 3. H. 51. 17) raro omittitur (H. V. 2, 8. A. III. 63. 9). Apud pronomen ***esse*** quater omissum est (H. I. 5, 4; 32, 11. A. I. 51, 15. VI. 48, 8). Omnibus reliquis locis ***esse*** positum est (H. II, 84, 2 etc.) Post numeralia ***esse*** bis desideratur (H. II. 44, 14. IV. 49, 13). Ex casibus obliquis apud

---

lex. Tac. p. 201; animadvertit, de qua forma cf. etiam Zumpt. §. 156 adnot. *Forem* pro *essem* in scriptis minoribus solum in enuntiatis condicionalibus exstat Agr. 26, 11 (quod nisi paludes texissent, debellatum foret) 37, 15. 40, 7. De historiis cf. Heraeum ad I. 49, 13 (si mali forent): „Waehrend Cicero forem nur in hypothetischem Sinne braucht, steht es bei Neueren seit Sallust theilweise gleichbedeutend mit essem.“ Quo fit, ut in annalibus et historiis *essem* et *forem* promiscue in enuntiatis cuiusvis generis usitata esse videamus.

**) De usu infinitivi Tacitino cf. Iungclaussen, de Tacitei sermonis proprietate in usurpandis verbi temporibus, modis, participiis. Kiliae, 1848 p. 20 sqq. P. Czensny, de inf. Taciteo. Vrat. 1868.

genetivum *esse* deest H. II. 96, 5. III. 53, 10. G. 6, 20. A. IV. 17, 13. VI. 2, 16, ponitur H. II. 21, 14. Apud dativum in constructione *esse cum dativo personae* = *habeo* plerumque omittitur, apud ablativum autem V exstant omissiones (A. I. 4, 9. II. 14, 3. H. I. 52, 15. II. 32. 9. IV. 52, 11.) Apud praepositiones omissiones et positiones pariter inveniuntur, omissiones H. II. 32, 4. H. IV. 35, 7, positiones H. IV. 17, 17 Agr. 15, 8, discrimen autem idem est, quod supra in adiectivo ostendi. Quin etiam paucis locis in enuntiatis secundariis infinitivus omissus est *), ut in enuntiatis relativis H. I. 33, 10. A. XIV. 57, 13. XV, 1, 20, in enuntiatis modalibus H. I. 17, 8. A. XIV. 23, 5. XI. 25, 18. Plures loci in interrogatione rhetorica exstant (A. IV. 70, XIV. 3. H. IV. 76). De omissione infinitivi perfecti dicit Nipp. ad A. II. 31, 9 et ad locos, quos ille affert, ego addo ex historiis H. II. 37, 16, ubi cf. Heraeum. Praeterea *fuisse* omittitur, ubi eadem forma vel antecedit vel subsequitur, ut A. III. 5, 12. XII. 61, 2, vel alius infinitivus (H. IV. 31, 17). In enuntiato modali *fuisse* deest A. I. 80, 6. *Fore* semper fere ponitur, deest H. I. 33, 8; III. 60, 15; IV. 23, 3; 75, 5; 63, 9.

2. *De usu formarum indicativi praesentis.* Solum tertias respicere liceat personas, in quibus omittendis Vergilium ex reliquis scriptoribus Tacitus maxime secutus videtur esse. Apud participium perfecti passivi autem in enuntiatis primariis *est* promiscue ponitur vel omittitur, *sunt* plerumque omittitur. Contra apud adiectiva verbalia in — endus et -urus *est (sunt)* raro deest. Condicio enuntiatorum secundariorum varia est. In enuntiatis enim relativis, cum genus participii non tantum ad positionem vel omissionem verbi substantivi valeat, quantum Nipperdeyus vult *), *est* (*sunt*) omitti-

---

*) De acc° c. inf° in en. secundariis cf. Draegerum §. 147, in interrogatione rhet. §. 148. Iungclaussen p. 35 sqq. — Kratz, ueber den Modus der rhetorischen Frage in der lateinischen oratio obliqua. Stuttgart 1862, qui de omissione verbi substantivi exempla multa contulit (p. 11—14).

**) Nipperdey (ad A. II. 60, 5) refutatur a Draegero §. 36, a Ioh.

tur in narratione breviore (H. I. 43, 10; II. 14, 5; G. 3, 11. A. III. 76, 5), ponitur, si maius aliquod momentum in oratione situm est (D. 4, 8. H. I. 48, 7). In enuntiatis temporalibus **) nonnunquam coniunctio momentum habuit. Itaque post *donec est (sunt)* plerumque ponitur, post *ut* omittitur, apud alias autem coniunctiones usus vacillat. Rarius in enuntiatis causalibus **) modalibus ***) condicionalibus *est (sunt)* omittitur, tamen exempla satis multa exstant (A. XIII. 36, 8. A. XVI. 19, 4. G. 10, 9).

Nec minus saepe apud nomen tertiae praesentis personae desunt. Itaque *est (sunt)* apud adiectivum cum in nonnullis phrasibus brevitate insignibus, ut H. III. 62, 5 (immane quantum) H. I. 23, 1 (incertum an repens) tum in descriptione morum (in Germania vicies) et in narrationibus vividis pugnarum aliarumque rerum graviorum deest. Apud substantivum omissiones rarissimae sunt. Eodem modo post praepositiones et apud casus obliquos *est (sunt)* saepissime omittitur. Neque est alia condicio in quovis genere enuntiatorum secundariorum, de quibus apud nomen eaedem fere leges valent, quae in coniugatione periphrastica.

Sed his absolutis iam videamus usum verbi substantivi in temporibus praeteritis et in coniunctivis, qua in re ego exempla cuiusvis rei quoquo modo omnia ex Tacito afferre studui, ut siquis post me eam materiam tractare voluerit, certe in ea re viam ei planasse videar. Numerorum fidei summam dedi operam.

Muellero, Beitraege H. II. p. 39, ab Halmio in adnott critt. Praeter eum locum, quem tractat, Nipperdey *est* adposuit A. I. 8 (*passus est* pro *passus*) VI. 44 (38) damnatus XI. 25, 25 adactus.

*) Praeter Gerberi scriptum (p. 1) cf. Iungclaussen p. 18 sqq. Woelfflin, Philol. XXV. p. 119. — Exempla nonnulla omissionis verbi substantivi in enuntiatis secundariis collegit Pohlmann p. 61. Draeger p. 164 sqq.

**) De vario usu coniunctionum causalium Tacitino cf. Woelfflin, Philol. XXV. 120. Draeger §. 188.

***) Woelfflin. Philol. XXIV. p. 115. 123. XXV. p. 118. — Draeger §. 173 sqq. — Iungclaussen p. 13 sqq.

II.

DE INDICATIVO TEMPORUM PRAETERITORUM.

1.

De usu reliquorum scriptorum.

In infinitivo *esse* et in formis praesentis temporis omittendis non solum Tacitum verum etiam reliquos scriptores Romanos haud ita raros fuisse cum supra intellexissemus, iam formarum praeteriti frequenti omissione Tacitum multo magis a prioribus scriptoribus differre videbimus. Nam ut brevis sim, reliqui scriptores Romani omissionem temporis praeteriti v. substantivi perraram habent, Tacitus maxime frequentem *) Cuius rei causam non puto nos falli si in ea re positam esse censemus, quod praeteriti omissio multo gravior est quam infinitivi vel praesentis, Sed videamus singulos scriptores.

Ac *Plautus* quidem, apud quem infinitivi et praesentis omissionis non ita pauca adnotavimus exempla, praeteritum nusquam, quantum quidem meis confidere possum collectionibus, omittere videtur. Ex *Cicerone* mihi praesto sunt duo exempla, de off. I. 25, §. 86. (Hinc apud Athenienses magnae discordiae), sed apud adverbia loci verbum substantivum saepius apud Ciceronem deest, et ad Att, I. 14. (Quid multa? clamores), ubi non recte Lambiniana editio sic distinguit: „Quid multa?

---

*) Contrarius huic sententiae est locus Gellii (V. 8), „et *est* et *erat* et *fuit* plerumque (sic!) absunt cum elegantia et sine detrimento sententiae“. Sed ea regula Ciceronis, Livii aliorumque temporibus certe non valebat. cf. M. Seyffert, Pal. Cic. p. 17, qui omissionem praeteriti ex Cicerone non affert. Neque Gossrau § 498 exemplum habet.

clamores (etenim haec erat ὑπόϑεσις de gravitate ordinis etc. — nosti iam in hac materia sonitus nostros) fuerunt.« Qua inmanitate neminem Ciceronem foedaturum esse arbitror. — Apud historicos complura inveni exempla. Sed semper verbo alio, quod prope exstat, tempus praeteritum accurate significatum est. Ex *Livio* igitur collegi XXI, 4, 6 (caloris ac frigoris patientia par) ubi *erat* antecedit, et XXI. 4, 8 (vestitus nihil inter aequales excellens), ubi *conspiciebantur* prope exstat. Plura exempla adnotat Fabri ad XXIV. 3, 2 (arx procul iis): „Omissum est *erat.* v. infra c. 24, 2 (cui Gelonis filia nupta) 36, 4 (adeo uterque populus in Siciliam intentus) XLIV. 30 in. (novique duces venerant — Anicius in Illyricum, cui bellandum*Γ* adversus Gentium) cf. ad XXII. 31 extr.“ Ex iis exemplis ea imprimis memorabilia sunt, in quibus tempus praeteritum in enuntiato relativo deest XXIV. 24, 2 et XLIV. 30. Quin etiam ex Sallustio, qui praesens tempus tam raro omisit exempla adsunt. Catil. Coni. 25, 3 (lubidine sic adcensa, ut saepius peteret quam peteretur), 54, 2 (ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat); sed non solum in coniugatione periphrastica, verum etiam apud nomen omissiones inveniuntur: 5, 3 (corpus patiens inediae, algoris, vigiliae supra quam credibile est. Animus audax, subdolus, varius), 16, 5. (In Italia nullus exercitus, Gn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat), apud praepositionem 25, 5 (verum ingenium eius haud absurdum). In enuntiatis secundariis autem apud Sallustium omissionem non inveni. Ex *Velleio* I, 16, 5 (adeo quidem artatum angustiis temporum), de quo loco cf. Halmium, annott. critt. Berol. 1836. Vol. I. Nr. 43, p. 341. — Summam autem ut in infinitivo et tempore praesenti, ita in praeterito *Virgilius* usurpavit licentiam omittendi. Nam ex enuntiatis primariis hos locos in medium proponere licet: Aen. I. 639 (arte laboratae restes ostroque superbo) Aen. II. 30 (classibus hic locus, hic acie certare solebant) II. 554 (haec finis Priami fatorum hic exitus illum Sorte tulit); ex enuntiatis relativis I. 157 (quae proxima litora) II. 455 I. 121 (et qua vectus Abas); ex en°

temporali I. 723 (postquam prima quies epulis, mensaeque remotae). Utcunque autem ea res se habet, omnia ea minima videntur esse cum Taciti usu comparata, quippe apud quem certe non minus saepe ***fuit (erat)*** omittatur quam ***esse***, ***est***, ***sunt***, neque alienum videtur esse rursus adnotare, Tacitum graviore illo genere omissionis magnopere ab usu reliquorum scriptorum Romanorum abhorrere.

2.

De usu Tacitino. A. De scriptis minoribus.

Priusquam rem ipsam aggrediamur, non possum praetermittere, quin pauca de ratione supplendi disseram. Neque enim in temporibus praeteritis supplendis ratio eadem est, quae in indicativo praesentis vel in infinitivo. Nam praesens tempus facile cognoscitur, contra praeteritum, si omissum est, alio verbo significari debet *). Eamque legem Tacitus in omnibus scriptis secutus videtur esse, exceptiones autem maxime singulares suis locis adnotabo. Altera autem quaestio est, quodnam tempus praeteritum, si omissio exstat, suppleamus, utrum imperfectum an perfectum an plusquamperfectum. Quae res multo difficilior fit maxima variatione temporum, qua Tacitus plerumque usus est et de qua iam Boetticher (lex. Tac. prolegg. p. LXX.) pauca disseruit **). Itaque maxime

---

*) cf. George Wichert (quem p. 7 nominavi), qui de ratione supplendi p. 1 haec recte dicit: „Ruecksichts der Ergaenzung elliptischer Satztheile hat man eine zwiefache Erscheinung zu unterscheiden, insofern iene bald mit groesserer Freiheit aus dem Zusammenhange der Rede ueberhaupt zu entnehmen ist, bald mit groesserer Gebundenheit durch ein oder mehrere Worte in der naechsten Umgebung bedingt wird. In ienem Falle ist es oft gleichgueltig, ob wir dieses oder ienes grammatische Complement hinzudenken, da der Sinn immer derselbe bleiben würde, in diesem sind wir bei der formellen Ergaenzung stets auf einen bestimmten Ausdruck beschraenkt, *den uns ein dem elliptischen correspondirender vollstaendiger Satztheil unabweislich aufdringt.*“

**) Exemplum egregium exstat H. III. 73 (Sed plus pavoris obsessis quam obsessoribus *intulit*, quippe Vitellianus miles neque astu

opus videtur mihi esse inquirere virum doctum accuratius de usu temporum Tacitino, nam quae Jungclaussen (p. 1—6) de eo dixit, rem eam minime absolvisse videntur. Sed ego eam rationem, quam G. Wichert exposuit, secutus satis habui semper proximum tempus quam maxime respicere atque eo modo omissiones ordinare. Tamen inter imperfectum et perfectum dubitationem saepissime nos occupasse non est quod affirmem. Nam ut exemplum afferam A. II. 22, 1 (vixdum orta die plena propugnatoribus moenia, fulgentes armis virisque campiΓ: densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus altiora murorum sagittis aut saxis *incessere,* neglecta *aggredi inserunt etc.*) post *campi* sequentia tempora momenti esse non possunt, quippe quae nimis varientur, ac mihi quidem in ea descriptione imperfectum, quod omnino non exstat, suppleri optime videtur. Similis est ratio H. I. 82, 10. Praemissis igitur his nemo quaeso mihi vitio det, si imperfectum omissum esse affirmabo, ubi alii perfectum supplere malunt, potius hic nobis sufficiat deesse praeteritum et cetera ad aliam disquisitionem reservemus. Nunc autem ad propositum redeamus. Tacitus enim, cum in usu praeteritorum temporum verbi substantivi a reliquis scriptoribus maxime differat, etiam in scriptis singulis, quae ipse composuit, minime eandem secutus est rationem. Nam in scriptis minoribus praeteritum multo paucioribus locis desideratur quam in historiis et annalibus, quam ob rem nunc illa primo loco tractare liceat.

Quod igitur *dialogum* attinet, *erat* in enuntiato primario deest 12, 14 (nec ullis aut gloria maior aut augustior honor, primum apud deos —) quae omissio cum apud dativum exstet non ita levis, tamen vividiori colori elocutionis efficiendo maxime apta est. Alter locus exstat 36, 9 (hinc leges assiduae et populare nomen — hinc contiones hinc etc.) quem usum etiam apud Ciceronem saepius inveniri supra (pg. 16)

---

neque constantia inter dubia *indigebat*: ex diverso trepidi milites Γ dux segnisΓ et velut captus animi non lingua non auribus *competere* neque alienis consiliis *regi* neque sua *expedire* — postremo — *circumspectabant. inrumpunt* Vitelliani et cuncta sanguine — flammisque *miscent.*

ostendi. Invenitur *erat* autem 19, 14. 19, 18 atque iis locis, quibus deest, imperfectum antecedit vel subsequitur. *Fuit* apud comparativos bis omissum est, 18, 18 (sic Catoni seni comparatus G. Gracchus plenior et uberior etc.), 25, 17 (adstrictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Caesar etc.) In enuntiatis secundariis nulla exstat omissio, contra *erat* in enuntiato relativo positum est 2, 12. 28, 14. 28, 17; *fuit* 22, 1.

Inter scripta minora *Agricola* plurimas exhibet temporum praeteritorum omissiones. *Erat enim in enuntiatis primariis* quater omittitur, in coniug. periphr. 18, 5 (obtriverat, eoque initio erecta provincia), apud adiectivum 22, 8, ubi sic puto legendum esse «nullum — castellum — desertum, nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur, ita intrepida ibi hiems crebrae offensiones et sibi quisque praesidio.» Quam transpositionem pro ordine verborum a codd. oblato: »— desertum crebrae eruptiones; nam adversus moras etc.» Halmius proposuit. Sic enim optime connexus sententiarum se habet: Nullum castellum ab hostibus expugnatnm aut ab Romanis desertum est. Nam copiae multae aderant. Quo factum est, ut quieta hiems esset, cum singuli castellorum duces crebris eruptionibus se contra hostem defenderent. Praeterea apud adverbia loci *erat* desideratur 38, 8 (vastum ubique silentium — fumantia procul tecta) 37, 12 (passim arma et corpora). — Positum est *erat* apud adiectivum 27, 3. 36, 16. 43, 15, apud substantivum 45, 5, apud praepositiones 8, 10. 21, 5. 29, 4, cum emphasi 22, 14 (et erat, ut comis bonis, ita adversus malos iniucundus) 44, 1, in en. disiunctivo 43, 9. *In enuntiatis relativis erat* deest apud adi. 5, 13 (ingrata temporibus quibus sinistra erga eminentes interpretatio) 18. 36, 6, apud dativum 29, 13 (et quibus cruda ac viridis senectus), in enuntiato causali 10, 16 (quia — iussum). Positum est *erat* in enuntiatis relativis apud casus obliquos 18, 6. 35, 4, apud substantivum 39, 11, apud praepositionem 19, 17. In en° concessivo exstat Agr. 35, 12, in en. causali 7, 13, in en^is mo-

dalibus 6, 13. 11, 16. 13, 13. 40, 13. Semel in apodosi en[1] condicionalis *erat* deest 23, 1 (ac si virtus — pateretur, inventus Γ — terminus), ad quem locum cf. Draegerum.

Fuit in enuntiatis primariis decies omissum, duodecies positum est. Ubi autem *fuit* deest, semper perfectum prope invenitur. Apud substantivum *fuit* omissum est 13, 11 (divus Claudius auctor tandem operis), 41, 2 (causa periculi), apud adiectivum 13, 7. 17, 2. 17, 4; apud adverbium (inde etiam habitus nostri honor et frequens toga), ap. pronomen 6, 15. 16, 22. — Exempla positionis haec sunt *1. ap. substantivum.* 1, 12 (opus fuit) 4, 6. 6, 2. 22, 4. 33, 7 (opus fuit) 37, 21. *2. ap. adiectivum.* 2, 2. 44, 4. 43, 1. 5, 8. *3. ap. dativum.* 1, 10. — *4. ap. praepositionem* 5, 8. 43, 1. Emphasis exstat 26, 9. 29, 13 (ac fuere *) quos). — In enuntiatis relativis *fuit* semper positum videtur esse (6, 13. 11, 16. 13, 13.)

In *Agricola* igitur non solum in enuntiatis primariis non ita paucae inveniuntur omissiones, sed etiam in paucis en[is] secundariis, qui usus postea in scriptis maioribus maxime frequens factus est. — Ex *Germania* denique perpauci huc pertinent loci. *Fuere* enim suppleri potest propter sequens *admonuere* 37, 10 (medio tam longi aevi spatio multa invicem damna), nisi antecedente *vincitur* commoti *sunt* supplere malumus, et 37, 22 (inde otium). *Fuit* exstat in enuntiatis primariis 36, 3, in en[o] relativo 6, 18. *Erat* exstat 28, 12. — *Fuerat* in scriptis minoribus invenitur Agr. 7, 5.

3.

B. de Historiis et Annalibus. a. de coniug. periphrastica **).

Praeteritorum coniugationis periphrasticae temporum non tam frequentem usum esse quam infinitivi et praesentis per se clarum est. ***Primum autem usum imperfecti, quatenus in enuntiatis primariis exstat, inspiciamus.*** Apud

---

*) Ea forma Tacitus usus videtur esse. cf. p. 12 sqq. annott.
**) Gossrau §. 179.

participium perfecti passivi autem aequo fere numero et ponitur et omittitur verbum subst[um] atque in tempore praesenti. Sed id firmum videtur esse, non facile Tacitum *erat* omittere, nisi clara temporis significatio antecedat vel subsequatur. Sola exceptio exstare videtur A. I. 65 (enisaeque legiones vesperascente die in aperta et solida. neque is miserarium finis. struendum vallum, petendus agger —) ubi perfectum *enisaeque* ut post *finis* suppleamus *fuit* nos commovet. Sed post *struendum*, *petendus*, quibus verbis miseriae describuntur, quaeque actiones cum miseriis item tempus explent, *erat* supplere malim. (cf. ad A. II. 22, 1, p. 19). Contra iis locis, ubi *erat* invenitur, saepe ea forma sola temporis significatio est. Praeterea Tacitus in ponendo et omittendo eandem rationem secutus videtur esse, quam in infin[o] et praesenti. Exstat enim *erat* ubicunque emphasis quaedam in enuntiato invenitur, id quod cum positione verbi subst[i] tum particulis adpositis (*sed*, *nam*, *tam*, *adeo*, *sive* aliisque) indicatur, deest autem *erat* plerumque in enuntiatis minoris momenti, quae qui legit celerius percurrebat. Itaque ponitur *erat* quia nova significatione temporis opus erat, A. VI. 18. 10 (datum erat crimini) VI, 26, 13. XI. 36, 10. XIII. 20, 1 (provecta nox erat et trahebatur) XIV. 5, 2. XV. 44, 11. Positio verbi subst[i] emphasin indicat H. II. 78, 2 (nec erat intactus) III. 34, 2 (condita erat Ti. Sempronio P. Cornelio consulibus) III. 62, 6 (natus erat Valens Anagniae) apud *tam erat* positum est H. I. 39, 1 (tam — adsecutus erat), apud *nam* H. III. 31, 9. A. III. 7, 5 (nam vulgatum erat) IV, 21, 4. XIII. 15, 19. XIV. 12, 19. 25, 3. XVI. 8. 4, apud *adeo* A. I. 50, 13 (adeo cuncta incuria disiecta erant), apud *sed* XIV. 62, 3. — Si autem eos locos inspicimus, quibus *erat* desideratur, videmus eos semper tales esse, ut narratio per quietem procurrat neque ulla emphasis exhibeatur. Quod quidem ut clarius pernosceretur semper totum sententiarum connexum inspici oporteret neque multum fructum me capturum esse sentio, si locos exscriberem. Sed hoc unum adnoto, plurimis illis locis particulas causales, ad-

versativas aliasque deesse, ut H. I. 46, 10 (quarta pars manipuli sparsa) I. 82, 9 (clausae domus) II. 22, 17. III. 21, 11. III. 68, 19. IV. 23, 5 (inde — additus) post talia adverbia omissiones frequentissimas esse supra ostendi IV. 65, 20. III. 44, 5. IV. 10, 4. — A. I. 61, 10 (disiecta vel aggerata) I. 63, 14. IV. 50, 6. XIII. 40, 8.

Maxime mirum est quod apud adiectiva verbalia saepius ***erat*** in enuntiatis primariis omissum est, cum Tacitus formas ***est*** et ***sunt*** nunquam in iis omittat. Tamen exempla, quae in promptu sunt, certa videntur esse, sunt autem haec: H. IV. 63, 3 (nec reliquenda urbs sine rectore) A. I. 65, 23, de quo loco p. 22 dixi, A. IV 62, 14 (miserandi magis) IV. 69, 2 (servanda fides). Contra ponitur ***erat*** post particulas disiunctivas H. I. 29, 10, post ***sed*** H. IV, 46, 5, praeterea A. III. 67, 9 (ac saepe etiam confitendum erat), apud adi. verb. in-urus H. I. 11, 10 (inermes provinciae — cessurae erant). —

Ex enuntiatis secundariis primum relativa inspiciamus, de quibus in formis ***est*** et ***sunt*** tractandis disserui pg. 14 sqq. Positiones autem in imperfecto magis praevalent quam in praesenti, nam VIII exempla omissionis, XXIV positionis habeo. Cum autem Nipperdeyus non immerito dixisset plerumque ***est*** apud neutrum participii perf. pass. omitti, ea regula in imperfecto momentum non habet, quippe in quo etiam apud masculinum et femininum omissiones inveniantur (A. II. 83, 7 sepulchrum Antiochiae, ubi crematus, tribunal Epidaphnae, quo in loco vitam finierat). Ex historiis autem solum unum omissionis exemplum habeo, (III. 8, 10) cetera exstant in annalibus II. 21, 5. III. 65, 7. VI. 17, 7. XII. 12, 7. XIII. 12, 5, omnia autem brevitate quadam insignia sunt. Positiones secundum leges generales exstant H. II. 66, 5. IV. 59, 17. 80, 7. — A. I. 25, 8. IV. 74, 17 (quos non sermone non visu dignatus erat), locus rhetorico colore insignis, in quo qua ratione ***esse*** ponatur, egregie perspicere possumus. VI. 12, 11. XI. 9, 5. XII. 27, 2. XI. 37, 15. XIII. 10, 2. 10, 5. 27, 7. XIV. 31, 20. 39, 7. XV.

6, 13. 8, 8. 23, 4. 52, 10. XVI. 14, 14. 27, 7. — Apud adiectivum verbale semel *erat* desideratur in narratione vivida A. II. 20, 7 (quis impugnandus agger) id quod in praesenti nunquam evenit, contra positiones exstant H. II. 85, 5. A. III. 65, 5. XII. 9, 4 apud adi. verbale in -urus desinens, apud quod omissionem omnino nullam inveni, A. I. 80, 10 (quos egredi urbe non erat passurus).

In enuntiatis temporalibus semel *erat* deest post ***ubi,*** post quam coniunctionem etiam *est (sunt)* plerumqne omittitur. Omissio autem ea exstat A. XIII. 40, 16 (ubi nihil temeritate solutum nec — firmaverat). Positum est *erat* post *postquam* H. I. 26, 2. A. III. 55, 9. VI. 8, 6, post ***ubi*** XV. 10, 5.

Ex enuntiatis causalibus VI habeo omissiones locis plerumque brevitate insignibus, H. I. 9, 8 (seu quia procul et Oceano divisae, seu — doctae), ubi quod enuntiatum causale participio *doctae* respondet brevitatem dictionis docet, II. 33, 14 (quando suspecti duces), II. 12, 10 (quod nihil usquam provisum adversum metus). — A. IV. 24, 9 (quia — cognitum) XII. 47, 13 (quia habitum). A. XVI. 15, 4. — Simul adnotandum est ter neutrum his locis exstare, cum iis locis, ubi *erat* invenitur, neutrum semel apud participium perf. pass. inveniatur A. IV. 15, 12, apud adiectivum verbale A. I. 66, 8. Apud masculinum et femininum *erat* invenitur H. I. 53, 10. — A. II. 41, 10. 43, 8. IV. 15, 12. 23, 12. VI. 9, 1. 36, 14. XII. 17, 23. 52, 4. XIII. 24, 5. XIV. 4, 11. 22, 10. XV. 67, 10. Frequentiores imperfecti sunt omissiones quam praesentis.

In enuntiatis modalibus erat bis deest A. V. 1, 11 (comis ultra quam antiquis feminis probatum), quo loco *erat* etiam apud substantiva et adiectiva deest, et IV. 33, 4 (ut noscenda (codd. noscendi) vulgi natura). Positum est *erat.* H. IV. 35, 16. A. II. 45, 10. XIV. 62, 15. Semel in apodosi enuntiati condicionalis *erat* ut Draegerus recte animadvertit deest A. VI. 43, 2. (Ac si statim interiora ceterasque nationes petivisset oppressa *Γ* cunctantium dubitatio et omnes in unum cadebant).

Positae formae fuit in coniungiatione periphrastica exemplum non habeo. Omissa videtur esse propter sequens ***fuit*** H. II. 44, 2 (immensum id spatium, obstructae strage corporum viae quo plus caedes fuit). Contra H. IV. 6, 6 (primo minax certamen et egregiis utriusque orationibus tutatum mox — omisit Priscus) Heraeus recte constructionem ita interpretatus est atque exemplis firmavit, ut verba ***certamen— testatum*** obiectum verbi ***omisit*** sint. — ***Fueram.*** in coni. per. positum est H. I. 49, 4. A. III. 31, 2. XIV. 28, 7, omissum nusquam videtur esse.

Haec fere sunt exempla, quae ex coniugatione periphrastica praesto habeo. Quod autem comparationem cum reliquis scriptoribus attinet, apud Livium et Virgilium in enuntiatis secundariis paucas omissiones in coniugatione periphrastica inveniri supra (pag. 17) demonstravi. Contra apud Sallustium omissiones in enuntiatis secundariis non inveniuntur. Cum vero omnes omissiones eiusmodi ante Tacitum rarae fuisse videantur, quamquam Romanis frequens usus Tacitinus sine dubio maxime novus fuit, tamen, cum tempus supplendum semper fere clarum sit, sensum legentium laesum esse cogitari non debet. Magis autem quam in coniugatione periphrastica, apud nomen, quid Taciti proprium sit perspicitur, id quod nunc videamus.

4.

b. De usu temporum praeteritorum verbi substantivi quatenus apud nomen, adiectivum, casus obliquos etc. exstat.

1. De enuntiatis primariis *α.* De imperfecto.

Priusquam singula aggrediamur, nonnulli numeri generalem usum demonstrent:

	Erat deest locis	*Erat* invenitur locis
H. I.	XXXVI	XIX
H. II.	XXVIII	XVII
A. I.	XXIII	XIII
A. XIII.	III	VIII
A. XV.	IX	XII

Singula autem aggredientes primum ea inspiciamus enuntiata, in quibus

1. ***adiectivum*** in praedicato exstat. Tam saepe autem apud adiectivum copula deest in tempore imperfecto, ut omissio pro regula, positio pro exceptione paene habenda sit. Sed ponitur ***erat*** (***erant*** etc.) secundum easdem leges, quas p. 22 explicui et quae a generalibus non differunt. 1. Enuntiatum novam narrationis partem incipit *), quare maiorem emphasin in eo positam esse necesse est. H. I. 57, 1. (Proxima legionis primae hiberna erant et promptissimus e legatis Fabius Valens.) I. 64, 5. III. 59, 5. 78, 1 (Vera erant, et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur). — A. II. 36, 5. 34, 8. 64, 11. III. 26, 8. I. 3, 13. I. 6, 9' 29, 11. 63, 15. XIII. 47, 6. XIV. 14, 1. XV. 1, 17. 52, 16. 54, 10. XIV. 40, 2. — 2. Positio verbi substantivi emphasin exprimit H. I. 13, 7 (neque erat Galbae ignota Othonis ac Titi Vini amicitia) 22, 1. (Non erat Othonis mollis et corpori similis animus) 58, 8. IV. 35, 12. A. II. 57, 10. — 3. V. substantivum propter particulas positum est. Apud ***nam*** H. III. 16, 5. A. II. 43, 20, apud ***sed*** A. III. 14, 9. III. 48, 10. — 4. Aliae causae ἐμφάσεως inveniuntur H. II. 98, 9. III. 75, 3. A. XV. 50, 8, ubi oppositiones inveniuntur, post enuntiatum concessivum v. subst^{um} exstat A. XVI. 13, 10, post comparativum H. III. 3, 8; aliae causae valent A. III. 60, 7 IV. 32, 9. — Contra loci quibus copula deest, tam multi sunt, ut disponere eos secundum leges generales longum videatur. Itaque hic satis habeo singula exempla afferre. 1. Popularis brevitas exstat A. XVI. 30, 5 (vetera haec), ubi confert Draegerus XI. 23, 5 (recentia haec) scil. esse. — 2. Saepissime copula deest in simplic narratione, ut H. I. 6, 13 (tardum Galbae iter et cruentum) H. I. 10, 1 (oriens adhuc inmotus) I. 64, 4. — 3. In narratione vivida, ut H. I. 65, 10 (nec iam secreta exhortatio, sed publicae preces: irent ultores etc.) I. 79, 6 (apud Romanos omnia proelio apta) III. 26, 5. — 4. In descriptione morum

---

*) **Caveamus ne dicamus novum caput.**

Licinii Muciani H. I. 10, 5 (luxuria industria, comitate adrogantia, malis bonisque artibus mixtus) I. 7, 12 (Venalia cuncta, praepotentes liberti). — Cetera exempla quae collegi secundum ordinem scriptorum afferam: H. I. 10, 5. 82, 10. 85, 13. 90, 13. H. II. 5, 6. 12, 10. 22, 1. 33, 3. 39, 4. 41, 14. 45, 12. 62, 4. 64, 7. 74, 4. 87, 6. 88, 1. 92, 7. 98, 7. 99, 4. H. III. 4, 1. 10, 14. 12, 1. 15, 5. 22, 12. 22, 12. 29, 1. 30, 1. 65, 8. 67, 1. 67, 9. 68, 1. 71, 6. 71, 12. 83, 6. H. IV. 1, 3. 27, 13. 29, 1. 30, 2. 31. 4. 38, 4. 51, 5. 72, 13. 11. 15. — Minor numerus exemplorum ex annalibus huc pertinet: I. 3, 25. 11, 8. 14, 1. 33, 3. 36, 6. II. 2, 13. (Ignotae Parthis virtutes), ad quem locum de constructione Draegerus et Nipp. conferendi sunt. II. 20, 1. 69, 3. III. 4, 1. IV. 6, 20. 18, 1. 34, 5. 60, 9. 67, 8. — A VI. 16, 4. 17, 5. 36, 10. XI. 35, 1. XII. 37, 14. 43, 5. XIII. 45, 10. XIV. 40, 8 (Marcellus Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur), ibi Nipp. post »clarus« *erat* adposuit, sed non recepit Draeger et refutavit Ioh. Mueller (Beitr. H. II. p. 39 adnot.) XV. 5, 10. 6, 7. 37, 7. 37, 12. XVI. 13, 7. — Paucis tantummodo locis suspicari quis possit leges ponendi supra prolatas a Tacito neglectas esse. Itaque post particulam *sed* copula omissa est H. I. 4, 9 (sed patres laeti) sed ibi toto decurtato narrationis habitu omissio excusatur H. I. 55, 6 (primani quintanique turbidi adeo) ibi propter antecedens *inerat* εὐφωνίας causa copula desideratur. Eadem est condicio A. IV. 60, 7 (enimvero Tiberius torvus —) ubi *aderant* antecedit. H. II. 74, 2 (miles ipsi adeo paratus, ut audierint) neque *erat* propter *audierint* neque propter *miles erant* bene poni potuit. In oratione copula omissa est H. IV. 42, 16 (nondum capax honorum aetas), id quod non saepe evenit. Semel enuntiatum novam orationis partem incipit neque copula exstat A. VI. 10, 1 (Ne feminae quidem exsortes periculi). — Eius omissionis ex reliquis scriptoribus p. 17 exempla attuli Liv. XXI. 4, 6. 4, 8. Sall. Catil. 5, 3. 25, 5. Levissimamque eam omissionem legentibus fuisse iam ex usu frequenti elucet.

2. *De substantivo.* Ut in praesenti tempore, ita in imperfecto apud substantivum v. substantivum raro deest. Analogias ex ceteris scriptoribus pg. 17 protuli (Cic. ad Att. I. 14 sola est). Plerisque autem locis, ubi apud Tacitum in substantivo ***erat*** desideratur, illud in praedicato exstat, ut H. II. 1, 7 (materia sermonibus senium et orbitas principis). Paucissimis autem substantivum absolute positum est et verbum existendi desideratur, sed is usus in indicativo praesentis non invenitur. Hi loci sunt H. II. 29, 13 (gaudium miseratio favor) II. 46, 13. I. 40, 2. A. I. 25, 5. (murmur incertum, atrox clamor et repente quies). — H. IV. 42, 16 (nihil ⌈quod ex te concupisceret Nero, nihil ⌈, quod timeret). Talia enuntiata exclamationum instar posita esse videntur; quam ob rem Schlueterus A. I. 25 recte sic vertit: »ietzt zweideutiges Gemurmel, dann unbaendiges Geschrei, und ploetzlich — alles still.» — Sed cum paucis omissionibus illis comparatae 'positiones plurimae sunt. Loci autem quibus v. subst^{um} copulae munere fungens subst^{um} praedicati cum subiecto coniungit, hi sunt: H. II. 88, 12 (nec minus saevum spectaculum erant ipsi — horrentes) III. 56, 5 (sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat), III. 68, 12 (Caecilius Simplex erat) scil. consul. III. 70, 25. A. III. 74, 20. XII. 44, 6. 49, 1. XV. 51, 6. II. 53, 8 (namque ei — avunculus Augustus, avus Antonius erant) III. 29, 1. IV. 5, 5 (sed praecipuum robur Rhenum iuxta — octo legiones erant) cf. adnotationem. IV. 17, 9. — Verbum existendi ponitur semper in phrasi ***erant qui***, cuius exempla exstant H. I. 25, 9. 50, 17. II. 51, 1. 70, 15. III. 52. 4. 65, 2. IV. 6, 1. — A. II. 73, 2. IV. 49, 14. 57, 8. I. 69, 3. XII. 47, 14. XIV. 10, 12. XV. 12, 16. 43, 18. XVI. 29, 5. H. I. 55, 16 (neque enim erat adhuc, cui imputaretur) H. II. 46, 5 (neque erat adulatio) H IV 46, 26 (preces erant), IV. 69, 10. A. II. 37, 3 (nepos erat) A. V. 3, 2 (erat adhuc perfugium) *).

*) Addendus est hic locus H. II. 15, 13 (nec satis virium ad arcendum erat) H. I. 9, 3 (ne quieto quidem milite regimen) A. IV. 70, 4 (nec mora quin).

3. *De pronomine.* *Erat* ponitur XI. 32, 12 (id repente solitudinis erat) ubi *id – solitudinis* substantivi vice fungitur et *erat* verbum existendi est. Praeterea H. II. 96, 10 (id—alimentum erat) III. 10, 11 (id—incitamentum erat) et bis talibus locis, ubi enuntiatum temporale adnectitur A. I. 16, 1 (hic rerum urbanarum status erat, cum Pamonicas legiones seditio incessit) H. IV. 71, 1 (hic belli status erat, cum Petilius venit). Contra omissa est copula ubicunque nulla emphasis in enuntiato posita erat, saepissime apud pronomen *idem* H. III. 22, 14. (eadem-arma) IV. 16, 12 (eadem-perfidia) A. I. 33, 7 (spes eadem) I. 3, 25 (eadem vocabula) III. 54, 14 (inritamenta — eadem) VI. 50, 2 (idem animi rigor) *). Ex Virgilio huc pertinet Aen. II. 30. II. 554.

4. *De numeralibus.* Plerumque apud ea v. subst^{um} ponitur. In tempore praeterito autem tres habeo omissiones H. II. 95, 7 (nondum quartus a victoria mensis) II. 42, 10 (non una pugnae facies) V. 12, 11 (tres duces totidem exercitus), tres positiones A. XIII. 2, 7. H. II. 85, 8. III. 16, 1.

5. *De casibus obliquis. a. De genetivo.* Apud genetivum *Romae* semel v. subst^{um} deest A. II. 82, 2. (At Romae — dolor ira Γ et erumpebant questus), bis ponitur A. II. 51, 3 (nam etiam tum Romae erant) XII. 36, 6. Praeterea unam omissionem habeo apud genetivum, qui possessionem indicat, A. XII, 60, 13 (sed tunc ordinum erant diversa studia), quae eo magis nos offendit, quia in oppositione invenitur, de qua cf. Draegerum. *b. De dativo.* Ut in tempore praesenti, ita in imperfecto in constructione *esse c. dat, personae* = *habeo* verbum substantivum plerumque omittitur. Exempla omissae formae *erant* (*erat*) sic distribuo, ut primum ea laudem, ubi ad substantivum adiectivum vel aliud praedicati nomen adpositum est, deinde ea, ubi substantivum solum vel cum attributo exstat. Ad 1 pertinent

---

*) Addendi sunt hi loci: H. IV. 30, 2 is aequissimus locus. H. III. 21, 11 hic aquilarum ordo.

hi loci H. I. 10, 12. II. 11, 18 (nec illi segne aut corruptum luxu iter) III. 86, 1 (Patria illi Luceria) II. 35, 4. V. 8, 4 — A. II. 21, 1 (nec minor Germanis animus) IV. 6, 8. I. 33, 8. XV. 49, 13, ad 2 H. I. 12, 8 (paucis iudicium aut rei publicae amor) 32, 4. 36, 4. 38, 15. 56, 6. II. 4, 18. 11, 18. 30, 12. III. 10, 9. IV. 13, 15. I. 9, 10. — A. I. 65, 24. XV. 49, 13. XII. 51, 11. Raro et semper certis de causis v. substantivum ponitur. Itaque ter exstat apud numeralia H. II. 4, 13, A. IV. 1, 1. XIV. 34, 1, apud substantivum ***opus*** H. I. 77, 2. A. III. 26, 3, apud quod substantivum copula plerumque ponitur; praeterea v. subst^{um} ponitur apud ***nomen*** H. II. 4, 5 (sacerdoti id nomen erat) et H. I. 7, 15. (Basso — minor difficultas erat), A. XVI. 26, 14 (nam plebi tribunus erat *). — In constructione ***esse c. dat. rei*** semel v. subst^{um} deest H. I. 79, 11 (sed tum — neque conti neque gladii — usui), semel ponitur H. I. 7, 15 (ipsa aetas Galbae inrisui ac fastidio erat). ***c. De ablativo.*** Bis verbum substantivum omissum est. H. I. 52, 11 (sed profusa cupidine et insigni temeritate — Alienus), ubi in compluribus aliis enuntiatis prope exstantibus v. subst^{um} deest, A, XIV. 48, 8 (et ignotis quoque comi sermone et congressu). Ponitur v. s. H. II. 35, 1 (et erat insula amne medio) A. II. 39, 10 (nam) III. 71, 4. IV. 66, 7. V. 10, 3. VI. 15, 3. 51, 6. XIV. 11, 14. XV. 48, 5.

6. ***De praepositionibus.*** Apud praepositiones secundum leges generales v. subst^{um} ponitur vel omittitur. Quapropter non puto opus esse in magno exemplorum numero, quae in tempore imperfecto habeo, id me demonstrare. Potius satis habeo affirmare, levissimam eam esse omissionem, ubi praeter praepositionalem dictionem etiam substantivum vel adiectivum in praedicato exstet [quam signo lev. adnotabo], graviorem, ubi non exstet [quam signo gr.

---

*) Addo nonnullos locos, ubi positio verbi substantivi emphasin exprimit: H. I 81, 1. (Erat Othoni celebre convivium) III. 67, 3. A. IV. 19, 1. (Erat uxor Silio Sosia Galla) IV. 23, 7.

adnotabo.] Liceat autem exempla secundum singulas praepositiones disponere. — ***Ad,*** H. I. 5, 15 (nec enim ad hanc formam cetera erant.) — ***Ante.*** H. IV. 55, 3. (Classicus nobilitate opibusque ante alios) gr. H. V. 11, 10. V. 12, 2. ***Apud.*** A. IV. 14, 5 (neque dispar apud Coos antiquitas) lev. Positio: H. II. 30, 5. A. I. 31, 4, quibus locis omissio gravior fuisset. ***Erga.*** H. III. 37. 7 (nulla erga Flavianos duces obtrectatio) gr. ***E, ex.*** Plerumque v. subst^um^ omittitur H. I. 64, 4. II. 2, 4 gr. II. 11, 9. IV. 39, 9. A. IV. 6, 15. 60, 9 gr. Positio: A. XI. 16, 3, XII. 29, 14. ***In.*** Omissio: H. I. 85, 10. II. 45, 12 (spes et praemia in ambiguo) gr. II. 56, 7. II. 74, 10. 78, 18. III. 32, 13. IV. 86, 2. V. 12, 1. — A. II. 20, 14 (utrisque necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria) II. 44, 7. IV. 23, 5. III. 34, 5. — Positio multo rarior est. H. IV. 4, 6 (ceterum invidia in occulto, adulatio in aperto erant). V. subst^um^ primo loco positum est H. IV. 11, 11. 15, 6 (erat in civitate — Brinno). H. II. 73, 4. H. III. 71, 4. A. II. 9, 4. III. 72, 2. I. 16, 8. XI. 34. 7, praeterea v. subst^um^ positum est A. I. 11, 7. XIII. 8, 2 (sed) XV. 36, 18. — ***Inter.*** Omissio: H. II 92, 3 lev. V. 12, 14 gr. Positio H. II. 99, 10 (seu) A. II. 62, 3 XV. 61, 16. XVI. 3, 4. — ***Intra.*** Omissio H. II. 70, 3 lev. ***Infra.*** Omissio: A. XIII. 2, 11 gr. — ***Penes.*** Omissio: H. III. 50, 8 (vis consiliorum penes Annium Bassum) gr. H. IV. 2, 3. A. I. 31, 6 gr. Positio H. III. 75, 7 IV. 39, 8. — ***Per.*** Positio H. II. 89, 4 (quattuor legionum aquilae per frontem erant), de numerali cf. p. 29. — ***Pro.*** Omissio: H. III. 45, 9. 82, 17. Positio: III. 31, 11. IV. 78, 6. — ***Sine.*** Om. H. IV. 4, 3 lev. — ***Super.*** Om. A. IV. 46, 3, de tmesi H. I. 20, 4 (at illis vix decumae super portiones erant) cf. Heraeum, qui comparat Virg. Aen. II. 567 (super unus eram) buc. VI., 6 (super tibi erunt). — ***Sub.*** Omissio A. I. 31, 5 (cui nomen superiori, sub C. Silio legato) gr. — ***Ultra.*** A. I. 8, 6 (legata non ultra civilem modum).

7. ***De adverbiis.*** Apud adverbia loci, ut iam supra ostendi, Tacitus saepissime v. subst^um^ omittit. Deest igitur v. subst^um^ H. II. 21, 16 (utrimque) III. 23, 11 (hinc) III.

45, 6 (inde) IV. 1, 12 (ubique) IV. 22, 10 (hinc). — A. II. 82, 10 (passim) IV. 72, 10 (hinc) I. 63, 15 (circum) XII. 7, 11 (palam) XV. 48, 10 (procul) H. I. 51, 22 (undique.) — Positiones exstant H. III. 21, 9 (ita locus erat) V. 8, 11 (et Romani procul erant) A. I. 72, 10 (dicta impune erant).

Hisce ex exemplis satis elucere puto quam usitata Tacito omissio imperfecti fuerit nec minus eam ad stili certum colorem efficiendum a Tacito adhibitam esse quam infinitivi ac praesentis. De gravitate omissionis secundum principia iudicandum est, quae pg. 8 sqq. exposui. Quapropter transeamus statim ad perfectum.

β. De perfecto.

Ratio, qua verbum subst^um^ supplebam, eadem mihi fuit, quae in imperfecto (cf. pg. 18 sqq.) Numeros generales hos constitui:

	Fuit deest locis	*Fuit* exstat locis
H. I.	XXVI	XXII
H. II.	XIII	XXV
A. I.	XI	X
A. XIII.	III	IX
A. XIV.	VI	VIII

1. *De adiectivo.* Rationem ex qua v. sust^um^ vel ponitur vel omittitur in perfecto non aliam esse quam in imperfecto affirmare supervacaneum est. Tamen positiones multo plures sunt quam omissiones, id quod imperfecto maxime contrarium est. Deest autem perfectum copulae in narratione simplici maximeque in iis enuntiatis brevibus, in quibus nihil ἐμφασέως positum est, ut H. I. 17, 3 (sermo erga patrem verens) I. 20, 1. (Proxima pecuniae cura) I. 20, 10 (ac tamen grande gaudium) I. 3, 1. 34, 5. 41, 3. 48, 17. 49, 8. 88, 7. II. 11, 1. 27, 13. 38, 5. 78, 7. 69, 10 (exitiabile id rei publicae, ingratum militi) IV. 62, 13. 83, 24. V. 8, 6. — A. I. 1, 4 (non Cinnae non Sullae longa dominatio) I. 49, 1.

IV. 74, 1 (inde) **I.** 65, 1. **VI.** 39, 1. 46, 1. **XI.** 24, 10. **XII.** 38, 2. Paucis tantummodo locis, quamquam maior emphasis exstat, tamen copula omissa est, ut H. **I.** 3, 1. (Non tamen *adeo* virtutum sterile saeculum) **II.** 78, 7. **IV.** 63, 7 (*sed* Transrhenanis gentibus invisa civitas). A. **I.** 53, 8. **II.** 57, 11. **III.** 11, 8 (is haud alias intentior), ubi Nipp., ut ellipsin evitaret, male mea quidem sententia *is* omisit, quod cum Draegerus rursus recepisset, tamen propter *permisit fuit* quam *erat* supplere malo, **IV.** 26, 3. **XII.** 26, 8 (*sive* verum) **XII.** 39, 7. **XII.** 47, 17. **XVI.** 29, 2. — Contra ponitur copula 1. si particula in enuntiato exstat, H. **I.** 64, 6 (sed) 66, 9 (sed) 71, 13 (ne quidem) **II.** 15, 6 (ne-quidem) **II.** 41, 5 (eoque) **III.** 75, 14 (sive). A. **III.** 65, 5 (adeo) 72, 15 (ac tamen) **IV.** 5, 19 (sed) 36, 1 (tam) **XI.** 5, 4 (tam) **XII.** 26, 4 (adeo) 36, 12 (ceterum) **XIII.** 23, 5 (tam — quam) 41, 14 (nam) 57, 10 (sed) **XII.** 38, 5 (sive). Saepius, ubi nova orationis pars incipit, *fuit* ponitur H. **II.** 23, 15 (suspectum id Othoni fuit) **II** 53, 1. **III.** 38, 1. **III.** 80, 6. A. **I.** 7, 11. 47, 1. **II.** 18, 1. **II.** 73, 2. **III.** 6, 1 (gnarum id Tiberio fuit) 41, 1. **IV.** 9, 7. 19, 8. **IV.** 29, 6. **XI.** 19, 8. 34, 1. **XII.** 35, 16. 57, 1. **XIII.** 41, 14. **XIV.** 57, 11. 58, 1. In comparativo saepius *fuit.* exstat, H. **I.** 58, 13 (is se *) sanguine Capitonis cruentaverat eoque et postulantibus manifestior et punienti vilior fuit) **II.** 55, 11 (gratior Caecinae modestia fuit) **III.** 25, 8. A. **III.** 70, 9. **VI.** 4, 18. Propter oppositionem copula posita est H. **II.** 62, 1. **IV.** 40, 6, in oratione *fuit* invenitur A. **XI.** 24, 30 **XIV.** 44, 10. **XV.** 67, 7, apud *obvius* copula ponitur H. **III.** 81, 6. A. **I.** 24, 10 (Druso obviae fuere legiones), in constructionibus nonnullis singularibus H. **III.** 43, 11 (Maturo ceterisque — volentibus fuit) A. **XV.** 36, 15 (haec atque talia plebi volentia fuere) A. **III.** 53, 3 (melius fuit), ubi nos in vernacula lingua coniunctivum ponimus. Alio modo maior emphasis in enuntiato posita est H. **II.** 58, 10 (neque arduum fuit) A. **III.** 60, 11. V. 1, 13. **IV.** 63, 9.

---

*) Verba *is se* Haase adposuit.

2. *De substantivo.* cf. pg. 28. Substantiva in modum exclamationis absolute posita maxime rara sunt, H. **II** 6, 8 (nulla seditio legionum) **IV**. 58, 11 (neque aliud pretium exitus) A. I. 70, 20 (nec fides salutis) **XIII**. 45, 17 (nec mora quin). Saepius copula omittitur, si substantivum nomen praedicati est: H. **II**. 82, 1 (prima belli cura agere dilectus) H. **III**. 78, 3 (causa tam pravae morae / ut Mucianum opperirentur) **III**. 82, 3. **III**. 2, 1. — A. **I**. 55, 5 (Arminius turbator Germaniae) **II**. 52, 8. **IV**. 63, 1. **I**. 32, 14, **XIII**. 3, 11. **XV**. 39, 5. **XV**. 59, 23, **VI**. 51, 1. Sed ut in imperfecto, ita in perfecto longe plurimis locis v. substantivum ponitur. 1. Si verbum subst^um^ verbum existendi est A **I**. 35, 21 (ac spatium fuit) **XV**. 37, 17 (nomen Pythagorae fuit) **XV**. 95, 1 (fama fuit). 2. Si substantivum praedicat. nomen est H. **I**. 67, 4 (initium belli fuit avaritia) **II**. 45, 3. **II**. 54, 5. 67, 4. 68, 12. **III**. 45, 7. 47, 2. **IV**. 11, 9. 4, 17. 36, 8. 60, 5. — A. **I**. 6, 1. **II**. 38, 1. 55, 26, **III**. 19, 1i 26, 14. 55, 14. **IV**. 15, 3. **VI**. 27, 1 (pars maeroris fuit quod) XII. 29, 4. 44, 3. XIII. 1, 10. **XV**. 23, 4. 56, 6. **VI**. 34, 11 (sive id animal seu navis insigne fuit), nam plerumque in enuntiatis disiunctivis copula ponitur. Semper verbum subst^um^ exstat in phrasi *fuit (fuere) qui* (cf. pg. 28), huc autem pertinent H. **I**. 7, 5. **I**. 78, 9. 89, 13 **II**. 2, 1. 56, 4. **III**. 6, 15. 73, 17. 77. 13. **IV**. 9, 10. — A. **I**. 35, 10. **XIV**. 23, 8. **XV**. 41, 10, 59, 1.

3. *De pronomine.* cf. pg. 29. Duodecies v. subst^um^ deest, novies ponitur. Leges generales autem optime respectae sunt. Itaque ponitur v. subst^um^, ubi nova pars narrationis incipit, A. II. 1, 4. IV 20, 3. IV. 39, 4. XI 25, 22. XV 70, 6, enuntiatum consecutivum sequitur H. I. 28, 5 (isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci) I. 62, 14 (ea — ut) II. 26, 8 (ea — ut), particula exstat H. I. 8, 1 (et hic quidem Romae tamquam in tanta mutitudine habitus animorum fuit). — Omittitur contra v. subst^um^ ubi emphasis nulla ex parte inveniri potest, H. V. 3, 14 (id levamentum) H. III. 34, 1 (Hic exitus Cremonae) III. 75, 1 (hic exitus

viri) IV. 46, 23. — A. II. 34, 16 (isque finis rei) II. 63, 15 (idem casus) I. 65, 22. XIII. 1, 10,

4. *De numeralibus.* Quater *fuit* (*fuere*) apud numeralia exstat: A. III. 43, 6 (quadraginta milia fuere) VI. 4, 4 (et tunc luendae poenae primus fuit) A. VI. 12, 14 (una seu plures fuere), semel omissum videtur esse H. II. 95, 10 (unum ad potentiam iter) *), cf. pg. 29.

5. *De casibus obliquis.* cf. p. 29. 1. *Apud genetivum Romae* v. s. deest II. 53, 11 (Romae nihil trepidationis). Apud genetivum possessionis v. s. omissum est H. I. 90, 7 (sive ipsius ea moderatio), quod eo mirabilius est, quia raro in enuntiatis disiunctivis copula deest, et A. XIV. 7, 8 (igitur longum utriusque silentium) Exstat v. s. H. I. 84. 10 (paucorum culpa fuit). 2. *De dativo.* a. Esse c. dat. personae. *Fuit* saepius positum est quam imperfectum, sed neque omissiones rarae sunt. Quas eodem modo distribuo, quo in imperfecto feci. Ad levius igitur genus omissionis pertinent hi loci H. II. 65, 12. I. 13, 2 (nec minor gratia Icelo Galbae liberto) I. 76, 14. — A. II. 72, 7. I. 53, 5. IV. 1, 13. XI. 14, 12. XI. 20, 11. XIV. 5, 14. XV. 68, 6, ad gravius genus H. I. 1, 8 (ita neutro cura posteritatis) I. 88, 13. II. 12, 6. II. 14, 9 (nec mora proelio), ad quem locum Heraeus animadversionis Woelfflini mentionem facit, semper in phrasi *nec mora* v. subst^um^ deesse (cf. pg. 34 et Heraeum ad H. I. 59, 1) III. 62, 11 (Galbae proditor) II. 50, 1 (origo illi). — A. III. 30, 2. III. 40, 3. I. 80, 2. XII. 14, 19. — Multo autem saepius *fuit* positum est, sed singulis locis, quomodo Tacitus generales leges respexerit, investigare longum videtur esse, quam ob rem solum exempla breviter adnoto: H. III. 39, 6. 84, 4. 6, 1. IV. 18, 18. — A. I. 57, 10. (Germanico *pretium fuit* convertere agmen) II. 3, 10. 62, 3. III. 49, 8. 66, 10. IV. 11, 14. 36. 31, 11. XI. 4, 4. 14, 13. XII. 51, 1. 52, 6. XIII. 3, 12. 32, 10. 45, 6. XIV. 33, 10. XVI.

---

*) Addo A. IV. 56, 7 (ea prima concilii forma). — H. II. 11, 2 (fuere quattuor legiones).

16, 8. VI. 9, 6. — b. In constructione ***esse c. dat. rei*** complures habeo omissiones: H. III. 81, 4 (id plerisque ludibrio, pluribus taedio) H. IV. 17, 1. A. XII. 48, 3. XIV. 15, 2. V. subst^{um} ponitur H. I. 80, 1. II. 95, 3. IV. 3, 8. — A. III. 57, 8. XIV. 39, 7. XV. 15, 3. XI. 24, 15 (Quid aliud exitio fuit?) 3. ***De ablativo.*** Duas habeo omissiones H. I. 48, 5 (pater illi praetoria familia) IV. 77, 1 (dextro cornu cohortes Batavorum.) Sed longe plurimis locis v. subst^{um} ponitur H. I. 64, 16. II. 26, 15 (in vulgus adverso rumore fuit). — A. III. 76, 3. IV. 52, 19. IV. 58, 1. XIV. 63, 10. XV. 37, 3. XI. 35, 11.

6. ***De praepositionibus.*** Exempla eodem disponam modo quo in imperfecto (pg. 31) feci. ***A. ab.*** Positio A. XV. 49, 1. — ***Ad.*** A. III. 46, 9 (ingens ad ea clamor) gr. A. V. 1, 11 (priscum ad morem) gr. — ***Ante.*** H. III. 82, 11 (proelia ante urbem multa et varia) lev. — ***Apud.*** Omissio: A. III. 55, 18. lev. H. III. 61, 10. gr. A. IV. 5, 18. gr. — Positio: H. I. 26, 3. — ***Cum.*** Pos. A. V. 1, 4. — ***De.*** Omissio: H. I. 50, 19. lev. — ***Ex.*** Omissiones: H. III. 84, 26. IV. 5, 3. — A. VI. 10, 14. V. 3, 1, XI. 4, 3. A. III. 28, 7. —***In.*** Deest v. s.: H. I. 9, 7 (in Britannico exercitu nihil irarum) gr. I. 65, 5 lev. 82, 13. gr. 86, 12. lev. IV. 33, 20. grav. IV. 71, 23. gr. A. I. 53, 8. lev. Sed longe plurimis locis copula ponitur H. I. 20, 14. 47, 16. II. 66, 8. 80, 6. 81, 1. 86, 7. III. 8, 7. 11, 14. 84, 1. 84, 28. IV. 86, 6. I. 59, 1. — A. III. 24, 20. V. 4, 1. V. 8, 5. VI. 45, 12. XV. 36, 1. I. 58, 1. XII. 15, 11. 17, 12. XVI. 16, 8. XV. 53, 16. — ***Inter.*** Omissio: H. I. 62, 1. lev. Positio: A. VI. 28, 14. XV. 34, 7. XVI. 31, 10. A. III. 9, 9. — ***Per*** Om.: H. I. 18, 12. gr. IV. 46, 15. gr. Pos.: H. IV. 74, 1. — ***Penes.*** Om.: H. II. 31, 7. gr. II. 39, 1. IV. 55, 11. — A. IV. 1, 5. gr. — ***Pro.*** Pos.: H. II. 82, 9. A. XII. 39, 3. XIV. 51, 15. — ***Prope a.*** Pos.: H. I. 10, 5. (tam prope ab exule fuit.) — ***Sine.*** Om.: A. I. 51, 5. gr. Pos.: A. IV. 35, 3. H. I. 9, 5. — ***Sub.*** Om.: H. V. 9, 11. gr. — ***Super.*** Om.: A. XI. 23, 4. lev.

7. *De adverbio.* cf. pg. 32. Omissiones post adverbia loci plurimae sunt. Exstant enim post *inde* H. I. 19, 1 *) 58, 8. II. 8, 14. 58, 8. III. 27, 8. IV. 82. 1. 33, 9. 13, 5. — A I. 22, 1. 41, 6. 51, 19. 63, 8. 66, 2. III. 55, 15. IV. 54, 10. XI. 5, 1. 24, 27. XIV. 60, 13, post *hinc* H. II. 53, 11. III. 25, 18. 68, 17 **) IV. 6, 12. 35, 19. 34, 16. — A. VI. 17, 1. 50, 19. XII. 4. 5. XII. 39, 4. — XI. 35, 8 (dehinc.) H. I. 76, 6 (nusquam). — H. I. 20, 9 (ubique) — H. IV. 20, 13 (ibi). — H. I. 82, 4 (undique) III. 24, 13. — H. II. 84, 4 (passim). — A. V. 4, 13 (unde) VI. 30, 10. XVI. 18, 12. Rariores omissiones apud alia adverbia sunt: H. III. 83, 12 (nunc). — A. XIV. 57, 18 (nec ultra mora). — A. XIV. 63, 11 (tum). — XIV. 7, 11. (Post Seneca hactenus promptius), ad quem locum Draeger verbum agendi deesse adnotat, sed etiam *esse* suppleri potest. — Positiones post talia adverbia rarissimae sunt: A. I. 9, 1 (hinc) XIII. 39, 18 (inde), semper autem his locis emphasis usurpata est. Praeterea v. subst^um^ invenitur post *unde* H. I. 56, 7. IV. 62, 10, post *exin* A. III. 28, 4, post *frustra* H. I. 75, 4, p. *illic* H. II. 47, 7, post *praesto* H. II. 59, 3, post *ibi* H. III. 69, 12.

γ. De plusquamperfecto.

Positum est v. subst^um^: a. apud substantivum. H. III. 37, 13. A. I. 56, 17. XI. 22, 7. b. apud adiectivum. H. I. 12, 6. II. 6, 6. III. 79, 4. c. apud dativum. A. IV. 44, 2. d. apud praepositiones. A. I. 53, 3 (in) II. 52, 21 (penes). e. apud adverbia. H. IV. 84, 15. — Omissiones quattuor habeo, duas apud adiectiva: H. IV. 44, 10 (Sosianus pravitate morum multis exitiosus), ubi plusquamperfect. *interfecerat* antecedit

---

*) Heraeus ad h. l. dicit: „Inde u. unde finden sich an etwa 40 Stellen ohne Verbum. Abgesehen vom Ausfall v. esse sind es die Begriffe „„werden““ und „„entstehen““ die sich dabei aus dem Zusammenhang ergeben.“

**) Heraeus: „eine haeufige Ellipse wie in dem bekannten „hinc illae lacrimae.“ cf. Cic. de off. I. 25 (hinc ap. Athenienses magnae discordiae).

atque de forma supplenda dubitari non potest. — A. VI. 27, 6 (genus illi decorum, vivida senectus). — Una exstat apud neutrum adiectivi cum genetivo coniuncti H. III. 83, 12 (nec tunc minus crudelitatis), una apud praepositionem H. I. 8, 10 (tarde a Nerone desciverant nec statim Galba Verginius *f*).

Hoc fere modo exempla temporum praeteritorum disponenda esse putavi. Neque tamen me fugit propter nimis magnam materiam summam brevitatem necessariam fuisse. Id unum autem si hac disquisitione profecero, ut intelligatur minime sine ullo discrimine Tacitum v. subst[um] vel posuisse vel omisisse, sed, cum paucissimis locis grammaticae communis usus rationem habuerit, certa principia in verbo subst[o] vel ponendo vel omittendo secutum esse satis mihi fecisse videbor. De gravitate autem varia omissionis secundum ea quae pg. 8 sqq. protuli iudicandum est. Sed iam enuntiata secundaria inspiciamus.

5.

2. De enuntiatis secundariis.

Exemplorum, quae ex ceteris scriptoribus collegi, solum duo huc pertinent: Virg. Aen. I. 157 (quae proxima litora) I. 723 (postquam — prima quies epulis.) De omissione praesentis in enuntiatis secundariis cf. pg. 14 sqq. In temporibus praeteritis autem prima ea lex est, quam pg. 18 memoravi, ne v. subst[um] omittatur, nisi tempus ex connexu sententiarum clarum sit. Tamen etiam in en[is] secundariis omissio praeteritorum temporum frequentissima est legesque generales etiam in iis valere demonstrabo.

α De imperfecto.

1. *De enuntiatis relativis.* Primum cum usum *apud substantivum* investigemus, nonnulla enuntiata breviora leguntur, in quibus v. subst[um] vel omittitur vel ponitur, sed quae eo usque similia sunt, ut temeritatis esset, aliud in iis quam variationis principium cognoscere. Id imprimis

de iis valet enuntiatis, in quibus cum neutro pronominis genetivus partitivus coniunctus est. Habemus igitur H. IV. 59, 12 (quantum militum?) et H. IV. 33, 8 (quantum peditum erat), praeterea v. substantivum in talibus enuntiatis deest H. IV. 15, 7 (et quod militum) A. I. 64, 14 (quantumque gravioris agminis) XIV. 32, 19, ponitur H. II. 55, 3. IV. 71, 15 (quod erat militum) A. IV. 24, 5 (quod erat militum) XIII. 56, 17 (quod inventutis erat)*). In reliquis contra enuntiatis magis generales leges valent. Itaque in compluribus en[is] brevibus v. subst[um] deest, H. I. 53, 12 (unde seditiosa colloquia) 85, 18 (ubi plurimae voces) II, 85, 7 (unde metus) III. 17, 3. IV. 79, 4 (unde metus) XIV. 33, 15. — XVI. 7, 4 (quod primum iudicium mali) memorabilis locus est, quod ibi apud numerale v. s. deest. Semel etiam apud particulam v. s. omittitur, A. XVI. 17, 16 (quae tum promptissima mortis via). Sed plerumque in enuntiatis longioribus, apud particulas, numeralia etc. v. subst[um] ponitur: H. I. 20, 2 (inde — ubi inopiae causa erat) III. 31, 5. III. 46, 5 (quem spargi pars consilii pacisque erat) I. 49, 14 (quod segnitia erat), ubi fortasse propter varium genus copula exstat, III. 30, 4. I. 42, 5. — A. III. 38, 4 (quod tum complementum erat) IV. 31, 3. 66, 10 (quod unum — suffugium in tempus erat) I. 20, 4 (quod municipii instar erat), apud quod substantivum, quia indeclinabile est, v. subst[um] nunquam deest. A. IV. 71, 9. XIII. 38, 12. XIV. 10, 15. *In adiectivo* generales valent leges, quam ob rem hic solum locos affero nonnullis exemplis, quae principia egregie illustrant, exscriptis. Omissa est copula: H. I. 14, 13 (quo suspectior sollicitis) III. 16, 10 (qua cuique proximum) III. 56, 16 (quae utilia) 69, 14. 80, 2. IV. 4, 2. 33, 1. 39, 22. 39, 22. 39, 24 (quidquid turbidum) 50, 21. 53, 7. 73, 10. — A. II. 11, 5 (qua celerrimus amnis) III. 2, 7. IV. 12, 18. 50, 5. VI. 46, 2. I. 33, 5. 56, 9. 67, 7. 77, 11. XI. 12, 9. XII. 14, 9. XIII. 39, 10.

---

*) De eo usu genetivi partitivi cf. Haase ad Reisigium adnot. 530. pg. 643.

XIV. 33, 12. 34, 9. XV. 5, 13. 12, 2. — Posita est copula: H. I. 12, 11 (qui in dies quanto potentior, eodem actu invisior erat) 56, 8. 93, 6 (unde crebrae in vulgus offensiones erant) III. 9, 9. 49, 11. IV. 53, 14. — A. I. 48, 5 (et quod maxime castrorum sincerum erat) II. 28, 4. 58, 9. III. 31, 16. 71, 17. VI. 46, 10. XIII. 35, 7. 42, 5. XIV. 37, 5. XV. 61, 8. XIII. 67, 13 (qui ut — promptus, ita insolens erat). ***In pronomine*** duas habeo omissiones, A. I. 72, 7 (cui nomen apud veteres idem) XI. 33, 3 (quibus idem metus), unam positionem A. III. 72, 14 (cuius ille avunculus). Apud pronomen ***idem*** copulam plerumque omitti pg. 29 et 35 ostendi. Apud ***genetivum*** omissionis exemplum non habeo, positum est verbum subst[um] A. II. 32, 2 (qui senatorii ordinis erant). Apud ***dativum*** omissiones frequentes sunt: H. I. 21, 1. 4, 8. 50, 7. II. 8, 5. 11, 6. II. 43, 3. III. 5, 8. II. 46, 27. A. II. 80, 3. III. 34, 3. 40, 7. IV. 3, 12. 58, 2. V. 3, 11. VI. 36, 12. I. 31, 5. XII. 13, 8. 55, 1. XIII. 16, 10. I. 11, 11. Positiones rariores sunt: H. III. 5, 10. A. III. 22, 2. III. 38, 11. V. 8, 2. 1, 1. XII. 3, 10. XIII. 23, 2. XV. 6, 18. 42, 6. 44, 6. 73, 6. In constructione ***esse c. dat. rei*** semel v subst[um] ponitur A. III. 13, 5. Apud ***ablativum*** semel v. s. deest A. VI. 27, 16 (et qui eadem familia corruptis moribus). Apud ***praepositiones*** in en[is] relativis omissiones plurimae inveniuntur, quas cum positionibus secundum singulas praepositiones dispono: ***Ad.*** Om.: A. IV. 68, 7. ***Apud*** Om.: A. I. 55, 13. XII. 35, 13. H. II. 33, 15. ***Ex.*** Omissio: H. I. 57, 10 (quibus praesentia ex affluenti) IV. 38, 6. — Positio: A. I. 23, 4. XIII 19, 4. H IV. 37, 5. ***In*** Omissio: H. I. 8, 8. lev. A. I. 76, 9. lev. XI. 20, 12. lev. XIII. 39, 7. lev. H. II. 14, 14. gr. A. I. 7, 18. gr. I. 9, 10. gr. III. 74, 4. gr. — Positio: A. XIV. 42, 7. XV. 28. 5 A. III. 45, 3. — ***Inter.*** Omissio: H. II. 14, 11. H. II. 17, 5. III. 69, 17. III. 73, 9. — ***Penes.*** Omissio: A. I. 51, 7. XIV. 22. — ***Pro.*** Positio: A. XV. 26, 12. ***Sine.*** Omissio: H. IV. 31, 5. Positio: H. I. 85, 9. — Apud ***adverbia*** bis copula deest A. IV. 69, 8 (quorum affatim copia) XV. 37, 13 (quantum iuxta nemoris), semel ponitur A. XIV. 21, 3 (quae tum erat).

2. *In enuntiatis modalibus* omissiones tam frequentes sunt, ut positiones cum iis comparatae paucissimae sint. Quin etiam ille usus, si duo comparationis membra exstent, ut v. subst^{um} raro omittatur, in imperfecto nihil valet, cum in adiectivo tales omissiones multae inveniantur, H. I. 52, 7 *), H. I. 52, 10 (multi in utroque exercitu sicut modesti quietique, ita mali et strenui) IV. 2, 5 (ut in bello obscuri, ita praemiorum expertes). A. VI. 8, 9. Semel, ubi altera comparationis particula omissa est, apud substantivum verbum subst^{um} ponitur H. III. 11, 4 (ut olim virtutis — tunc procacitatis — certamen erat). In comporatione per *quanto — tanto* facta v. substantivum apud adiectivum deest H II 35, 9 (quanto laetiora Vitellianis⌈, tanto acrius Othoniani — detestabantur) A. I. 34, 1 (quanto summae spei propior⌈, tanto impensius — niti) H. II. 71, 8. Etiam si altera comparationis particula deest, v. subst^{um} omittitur, H. III. 58, 6 (quanto quis clarior, minus fidus) A. II. 5, 4. VI. 17, 10. — Semel verbum subst^{um} positum est ante relativum H. I. 45, 4 (quantoque magis falsa erant, quae fiebant, tanto plura facere). — Comparationis per *quo — eo* factae unum habeo exemplum, in quo tamen *eo* deest: H. II. 11, 7 (sed quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat). — *In comparatione per ut introducta* plerumque imperfectum v. subst^{i} omittitur nec nisi certis de causis ponitur. Primum ea laudo exempla, ubi adiectivum nomen praedicati est, H. I. 11, 9 (ut cuique exercitui vicinae) I. 50, 18. I. 57. 9. II. 23, 17. III. 43, 12. III. 66, 2. IV. 28, 2. A. I. 28, 6 (prout) I. 69, 5 (ut) II. 73, 16. II. 82, 15. III. 44, 11. II. 83, 1. IV. 23, 10. VI. 29, 18. XI. 18, 8. XIV. 26, 13. Iis locis, quibus in adiectivo copula posita est, iam positione eius indicatum est maiorem emphasin in ea poni debere, ut A. I. 41, 13 (ut erat recens) XI. 8, 8 (ut erat promptus) XIII. 16, 11 (ut erat reclinis) XVI. 29, 1 (ut erat torvus) **). Praeterea copula

---

*) Eo loco Rhenanus *ut* addidit et omnes edd. recc. receperunt.

**) Ita etiam nos in vernacula lingua copulae plus intentionis tribuimus „Finster wie er war, zurueckgebeugt wie er war etc.“

exstat A. I. 59, 1 (ut quibusque — volentibus erat), de qua constructione cf. pg. 33. Si substantivum in praedicato exstat, ter copula deest A. IV. 36, 11 (nam ut quis destrictior accusator, velut sacrosanctus erat) I. 30, 1 (ut quisque praecipuus turbator), semel ponitur A. XV. 42, 12 (ut erat incredibilium cupitor), ubi positio verbi subst[i] eadem est quae in adiectivis. — In constructioni ***esse c. dat. personae*** semper fere copula deest H. I. 81, 11 (ut cuique cliens) II. 5, 15 (ut cuique ingenium) II. 41, 7. 48, 1. III. 17, 12. A. XII. 39, 5. XV. 73, 8. Bis v. s. positum est, H. I. 51, 15 (prout opulentia civitatibus erat) A. V. 7, 1 (ut cuique — animus erat). Semel v. s. positum est, ubi subiectum supplendum est, H. I. 87, 16 (ut cuique erat), semel ap. infinitivum A. XII. 34, 4 (ut coniectare erat), apud praepositionem H. III. 86, 18 (ut erat in armis), ubi v. s. verbum existendi est A. III. 70, 8 ut erant magis quam ut dicebantur). In enuntiatis modalibus per ***quam*** introductis tres omissiones legi, H. IV. 13, 6 (ultra quam barbaris solitum) A. VI. 13, 3 (licentius quam solitum) XV. 13, 3 (propius — quam mos), unam positionem A. III. 28, 2 (gravior remediis quam delicta erant). —

3. ***De enuntiatis causalibus.*** Exempla ex reliquis scriptoribus nulla exstant. Apud Tacitum autem in tempore imperfecto multa huc pertinent exempla; tamen omissiones et positiones parem fere numerum habent ac longe alia in iis est condicio atque in enuntiatis modalibus.

Plurimae autem omissiones inveniuntur, si ***adiectivum*** in praedicato exstat, ut I. 39, 10. II. 13, 2 (quippe in acie nihil praedae, inopes agrestes et vilia arma). III. 26. 11 (quippe ingrata, quae tuta) III. 52, 5. 80, 14. IV. 10, 4. 29, 3. 44, 14. 48, 10. 62, 10. — A. I. 33, 6 (quippe Drusi magna memoria) IV. 3, 2. VI. 16, 16. XII 17, 3. XV. 46, 5. 53, 3. Discrimen positionis et omissionis idem est quod iam saepe cognovimus. Singulae autem coniunctiones causales, ut supra ostendi, sine ullo momento sunt. Ponitur igitur v. subst[um] apud adiectivum H. I. 72, 4. III. 69, 21. A. II. 33, 5 (erat quippe adhuc fre-

quens senatoribus) IV. 10, 5. 60, 11. 65, 3 VI. 44, 15. 46, 5. I. 74, 12. Post adiectivum plurimae omissiones inveniuntur in constructione ***esse c. dat. personae*** = ***habeo*** H. III. 43, 5 (quod Paulino patria Forum Iulii) IV. 57. 9. 67, 7. A. V. 3, 2. XI. 11, 7, positionis solum unum in ea constructione exemplum habeo, A. XIII. 41, 10 (quia nec id nobis virium erat). Apud ***genetivum*** solum positionem habeo, A. IV. 39, 3 (moris quippe tum erat) neque apud ***ablativum*** omissio invenitur, positiones hisce exstant locis: H. I. 31, 13 (quia non ordine militiae erat) A XIV. 47, 8. XV. 72, 13 *). Paucae sunt apud substantivum omissiones: A. IV. 18, 2 (quod ingentis exercitus moderator). I. 77, 9 (quia — neque fas), plerumque v. s. ponitur H. III. 12, 4. A. III. 54, 13 (quia cives eramus), quo in loco adnotandum est primas ac secundas temporum praeteritorum personas, cum perraro apud Tacitum inveniantur, nonnunquam omitti. I. 14, 10. XIII. 1, 10. XIV. 20, 3 (quippe erant qui) cf. pg. 34. Apud ***numerale*** copula exstat H. III. 9, 14, apud ***adverbium*** A. VI. 39, 10 (sed quod — neque supra erat), apud ***praepositiones*** A. I 58, 9. I. 44, 11. III. 74, 9, praeterea H. I. 39, 3 (seu quia erat).

4. ***Ex enuntiatis temporalibus*** perpauca huc pertinent exempla, tamen in omnibus copula deest, cum positionis exemplum non habeam. Semel post ***donec*** v. subst[um] omissum est A. III. 15, 2 (donec Pisoni mediae spes), ubi in vernaculam linguam vertendum est per ***so lange als***, contra si ***bis*** significat, raro omittitur. Aliae omissiones sunt H. II. 72, 8 (postquam nulla — fides) III. 13, 9 (ubi — proditio).

5. ***De enuntiatis condicionalibus.*** In protasi saepius v. subst[um] omissum est, apud adiectivum H. IV. 29, 5 (et si quis audacia aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant), apud genetivum H. IV. 46, 11. A. XV. 11, 7 (peditum si quis), apud ablativum A. XII. 41, 13 (etiam libertorum si quis incorrupta fide). In apodosi copula posita est H. I. 15, 3. A. I. 42, 13.

---

*) In constructione ***esse c dat. rei*** una exstat omissio A. VI. 46, 8.

IV. 69, 3. H. I. 16, 2, ubi cf. Heraeum. De omissione una in coniugatione periphrastica cf. pg. 24.

6. ***In enuntiatis concessivis*** audacissimae inveniuntur omissiones. Ut enim omissionem post adiectivum praetermittam (H. I. 14, 1) et apud dativum (A. I. 13, 2), inveniuntur etiam post genetivum, A. II. 1, 3 (quamvis gentis Arsacidarum) et post praepositionem (A. III. 71, 3): nam etsi delubra eius multa in urbe, nullum tamen tali cognomento erat). Una solum exstat positio H. II. 30, 9 (et quamquam plus virium erat). —

β. De perfecto.

1. ***De enuntiatis relativis.*** In perfecto positiones, si ratio mea snpplendi recta fuit, maxime praevalent. Si enim ***adiectivum*** in praedicato exstat, in historiis omissionem inveni nullam, ex annalibus solum tres, II. 20, 5 (quod arduum) II. 64, 10. IV. 35, 2 (quorum libido impunita). Positionis in adiectivo haec exempla sunt: H. I. 19, 5. II. 1, 3. III. 77, 17. IV. 42, 30. — A. II. 37, 1. 61, 2. III. 57, 1. VI. 8, 12 (quifuimus) cf. pg. 43. I. 49, 15. XII. 40, 18. XI. 20, 11. XV. 23, 11. Apud ***substantivum*** saepe v. subst^{um} deest post adverbium relativum ***unde,*** H. II. 60, 1 (unde praecipua in Vitellium alienatio) IV. 19, 18. IV. 34, 12, plurima exempla in annalibus exstant I. 60, 3. 63, 8. IV. 12, 4. VI. 47, 2. XI. 8, 7. XIII. 9, 13. XIV. 65, 6. VI. 7, 9. Apud pronomen relativum una exstat omissio A. III. 40, 3 (cuius — exstimulator — Florus), omnibus reliquis locis verbum subst^{um} ponitur, H. I. 61, 8 (quorum robur legio unaetvicesima fuit) II. 44, 3. III. 22, 1. III. 29, 12. IV. 75, 2. A. III. 37, 5. IV. 36, 3. IV. 58, 6 (unde) XII. 66, 11. XIV. 50, 5. Apud ***genetivum*** verbum substantivum ponitur H. III. 78, 14 (quae omnium fuit), apud ***dativum*** in constructione ***esse c. dat. personae*** una exstat omissio A. VI. 50, 5, positiones: A. IV. 14, 3. XI. 18, 7. XII. 37, 1. XIII. 30, 10. In constructione ***esse c. dat. rei*** una omissio invenitur XI. 14, 14 (quae usui imperitante eo). Apud ***ablativum*** nulla exstat omissio, una positio H. II. 37, 10 (qua prudentia fuit). Apud adverbia v. s. ponitur A. II. 52, 23 (quod — impune

fuit) I. 81, 1 (quae tum — fuere). Apud *praepositiones* omissiones nonnullae exstant. 1. Ex. Om.: A. VI. 14, 2. Pos.: A. II. 34, 17. 2. Apud. Pos.: A. III. 28, 15. — 3. In. Pos.: A. III. 52, 15. — 4. Inter. Pos.: H. I. 89, 5.

2. ***De enuntiatis modalibus.*** Omissiones in duobus comparationis membris habeo H. II. 54, 12 (quo laudabilior, eo velocius audita) A. III. 69, 15 (quanto rarior — popularitas, tanto laetioribus animis accepta) A. II. 20, 10. — Positiones tamen praevalent H. III. 51, 10. A. III. 24, 5. XIII. 3, 7. H. I. 41, 3. III. 65, 11. III. 73, 15.

3. ***Ex enuntiatis causalibus*** unum habeo exemplum: A. VI. 27, 15 (quippe Aemilium genus fecundum bonorum civium)

4. ***De enuntiatis temporalibus.*** Positiones praevalent atque inveniuntur hisce locis, apud adiectivum H. I. 49, 17 (dum) A. VI. 24, 11 (ubi) VI. 51, 12 (quoad) XII. 3, 4. XIII. 44, 4, apud substantivum H. 86, 14 (utque) I. 13, 17 (donec) II. 38, 3. A. III. 21, 13. I. 63, 1, ap. adverbia H. III. 18, 3, ap. praepositiones H. IV. 77, 6. V. 8, 5. — Deest v. subst^um^ apud adiectivum A. I. 38, 5 (postquam) XII. 35, 10 (postquam), apud subst^um^ H. I. 22, 12 (postquam) cf. Heraeum A. I. 2, 1 (postquam) I. 58, 13 (ubi), nunquam post ***donec.***

5. ***De enuntiatis condicionalibus.*** Omissiones non habeo. Positiones exstant: H IV. 58, 33. A III. 12, 19. XIV. 64 15.

γ. De plusquamperfecto.

Plusquamperfectum in enuntiato relativo omissum videtur V. 4. 8 (cui id animal obnoxium), positum est H. I. 36, 2. 77, 17 et aliis locis, quos enumerare longum est. In enuntiato causali desideratur H. III. 4, 5 (idemque, quod coeptante legionum motu profugus*r* dein sponte remeaverat, perfidiae locum quaesisse credebatur). Praeterea non novi omissionem, positiones autem enumerare non est operae pretium.

Haec quoniam absolvimus, iam ad finem huius materiae provecti sumus. Liceat igitur quam paucissimis, quae maximum momentum habent, repetere. Primum enim iam clarum est, in usu praeteritorum verbi subst^i^ temporum Tacitum

maxime ac multo magis quam in usu infinitivi atque indicativi praesentis a reliquis scriptoribus differre, id quod nondum in dialogo, magis iam in Agricola perspici potest. In scriptis maioribus autem, ut usus ille magnam amplitudinem caperet, genus historicae narrationis efficiebat. Qua in re duo principia semper mihi respicienda erant. Debebam enim inquirere quibus locis Tacitus liberam vel ponendi vel omittendi licentiam habuerit et quibus rationem prioris aetatis respexerit. Libera autem potestas quando ei erat, discrimen positionis et omissionis exponendum erat. Habebat autem eam certe in enuntiatis primariis coniugationis periphrasticae, apud adiectivum, apud pronomen, apud praepositiones, apud dativum. Contra apud substantivum, casus obliquos, adverbia reliquiae pristini usus inveniuntur. Eadem autem condicio, quae in enuntiatis primariis, in enuntiatis relativis et post nonnullas coniunctiones temporales et modales et causales fuisse videtur. Rationem autem ponendi et omittendi iam saepius exposui. Itaque unum addo, multis locis omissionem in principio variationis positam esse, ut apud substantivum *mos* et apud alia, saepe etiam popularem brevitatem exstare, ut post adverbia *hinc*, *inde* etc. Omnia autem pluribus percurrere, nisi modum huius scripti excedere volebam, non licebat, quam ob rem venia sit propter magnam materiam, si magis viam ostendisse quam ipse perrexisse videor. Sed haec hactenus.

III.

DE FUTURI VERBI SUBSTANTIVI USU.

Futurum tempus brevius licet absolvere, cum apud reliquos scriptores omissionis exemplum non invenerim, apud Tacitum autem, quae est natura historicae narrationis, ea forma nisi in orationibus exstare non videatur. Sed Taciti

scripta, ut iam in priori capite feci, secundum editionis tempus tractabo. — 1. In scriptis minoribus *erit* bis inveni Agr. 3, 19 et 46, 14. — 2. In historiis futurum tempus exstat I. 1, 1. 16, 6. 16, 15. 37, 3. 38, 9. 84, 11. II. 47, 4. 47, 8. 77, 7. III. 2, 22. 32, 19. IV. 64, 5. 74, 11. Omissiones autem omnes vigore quodam rhetorico effectae sunt. In historiis autem duae certae videntur esse, quarum altera exstat in oratione Voculae H. IV. 58, 28 (Tutorine Trevero agentur excubiae? signum belli Batavus dabit? Gallorum *) et Germanorum catervas supplebitis? quis deinde sceleris exitus/' cum Romanae legiones contra devexerint), altera in oratione Cerialis, quam apud Treveros ac Lingonas habuit H. IV. 74, 18 (sed vobis maximum discrimen/', penes quos aurum et opes praecipuae bellorum causae). — 3. In annalibus quoque positiones liceat praemittere, sunt autem hae: A. I. 43, 14. II. 38, 13. VI. 48, 25. XI. 24, 33. XIV. 55, 12 in enuntiatis primariis, in enuntiato condicionali XII. 37, 10, in en° causali XV. 72, 10. Omissiones hisce inveniuntur locis: In oratione Tiberii, qua Drusum ac Neronem, Germanici filios, senatui commendat, A. IV. 8, 23 (hi vobis, Nero et Druse, parentum loco/'), in eiusdem oratione altera exstat omissio A. IV. 38, 6 (haec mihi in animis vestris templa/', hae pulcherrimae effigies/' et mansurae), tertia in verbis militum ad obsequium redeuntium A. I. 28, 14 (quousque filium imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis/'?). Ultimo loco affero exemplum, in quo in enuntiato condicionali *erit* desideratur, exstat autem in oratione Tiberii II. 38, 15 (intendetur socordia, si nullus ex se metus aut spes/', et securi omnes aliena subsidia exspectabunt). Ultimam omissionem gravissimam omnium esse quem fugit? Tamen id, ut facilius de ea delabamur, efficit, quod tempus supplendum prope exstat, quae lex cum etiam in imperfecto etc. valeret, etiam in futuro tempore servata est, praeter H. IV. 74, 18 et A. IV. 8, 23, quae omissiones gravissimae omnium habendae sunt. Sed tota ea res non

*) Id verbum addidit Ritterus, recepit Heraeus.

habet magnum momentum,. qua de causa, quae dixi, sufficiant, videamus autem maiora.

IV.

DE CONIUNCTIVORUM VERBI SUBSTANTIVI USU.

1.

De usu aliorum scriptorum.

Verbi substantivi coniunctivum scriptores et poetae Romani quibus locis omiserint, parum a grammaticis, quos inspicere mihi licuit, constitutum esse video. Nam ne Gossrau quidem in recentissimo suo opere quidquam de re ea disputat. Quam ob rem ea tantum affero quae Haase in adnott. ad Reisigii praelectt. disseruit (609). Atque is quidem in coniunctivo praesentis eam valere affirmat legem, ut iis solum locis orationis obliquae coniunctivus praes[is] deesse possit, ubi in oratione directa eum omissum esse inveniamus. De imperfecto autem haec eius sunt verba: „Die wenigen Beispiele, welche man fuer die Auslassung des Imperf. anfuehrt, wie Kritz Sall. Iug. 38, 5. 67, 1 und einige Stellen des Tacitus, wovon s. Walther zu Ann. VI. 35, 43, sind theils anders zu erklaeren, theils liegt der Grund in der ungenauen Beziehung eines verbi finiti in einem coordinirten Satze auf das Praedicat in einem anderen, das nicht ienes mit seinem volleren Begriff, sondern ein allgemeineres oder das allgemeinste, die Copula, erforderte, was sehr deutlich ist Tac. Ann. I. 32 *)“ Quibus de verbis quid sit iudicandum, fa-

---

*) De illo loco Tacitino iam a multis tractato rursus disserere in rem non est. Scripsit de eo Greg. W. Nitsch, scholae gramm. in Tacitum, Kiel 1832, pg. 3 sqq. Pfitzner pg. 145. — Certe hoc loco non copula supplenda est, sed verbum agendi. Verba autem sunt haec secundum codd „quod neque disiecti nil paucorum instinctu sed pariter ardescerent.“

cilius puto nos intellecturos esse, si antea plura ex scriptoribus Romanis collegerimus.

Primum exempla coniunctivi praesentis investigemus. Ex Cicerone autem Beier ad off. I. §. 58 (si — comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum offici) affert recte de off. I. §. 152 (potest incidere comparatio, de duobus utrum honestius), quorum locorum alter certa fide traditus non est, cum nonnulli codd. post *tribuendum sit* exhibeant, alter addubitari non debet. Ex historicis Draeger (Syntax §. 366) affert Justin. III. 1 (ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidii suspicione oppressus Γ), quo loco omissio vix statui potest. Sallustii autem exempla Dietschius I. p. 47 tractavit. Pertinet enim huc Jug. 88, 6 (id simulaveritne quo improvisus gravior accederet an mobilitate ingeni pacem atque bellum mutare solitus Γ parum exploratum est), ubi Dietschius adnotat: „praegressum *simulaveritne* lenit duritiam, simul adparet, si *sit* adiunctum esset, non tam de vitio quam quod tum fecisset B. cogitari potuisse.“ — Ex Horatio certum exemplum exstat satt. II. 4, 10 (ede hominis nomen simul et [*an* Aldinae] Romanus an hospes Γ) *), ex Virgilio Aen. I. 516 (dissimulant et nube cava speculantur amicti. Quae fortuna viris Γ, classem quo litore linquant), II. 390 (dolus an virtus Γ quis in hoste requirat), ad quem locum Heyne „*sit* adhibeatur“ adnotat. — Omnibus igitur locis, quibus apud scriptores Romanos praeter Tacitum *sit* desideratur, quatenus collegi, in quaestione indirecta deest; in quaestione directa autem *est* facillime omitti quem fugit? Quare id quod Haase de omissione coniunctivi praesentis dixit, recte adhuc se habere censendum est. Sed quid de Tacito sentiamus, infra demonstrabo, nunc ad imperfectum transeamus.

---

*) Incerti hi loci sunt: satt. II. 2, 66 (mundus erit, qua non offendat sordibus atque in neutram partem cultus miser Γ), ubi pro *offendat* etiam *offendit* et *offendet* traditum est, et epp. I. 3, 30 (si tibi curae Γ quantae conveniat Munatius), ubi multi codd. (cf. Orellium) pro *si sit* habent, quod in Jahnii editione (cur. Th Schmid, Lips 1865) receptum est.

Exemplum omissi coni' imperfecti ex Cicerone affert Draeger (§. 36) har. resp. 8, 17 (an tacuissem? desertum [negotium). — De Caes. bell. Gall. I. 43. (Quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus ſ, quod munera amplissima missa ſ) idem valet quod supra de Justin. III. 1 dixi Locos Livianos autem Fabri ad XXII. 31, 11 (qui pro dictatore, scil. esset) collegit, sunt autem hi: XXII. 44, 7 (Videret ut, quibus lingua prompta ac temeraria ſ, aeque in pugna vigerent manus) 52, 5 (et si quid argenti ſ), de quo loco tamen dubitatur, IV 53 extr. (tamquam haud dubius inter tribunos militum honos Maenii ſ, si peteret, consularibus comitiis est exclusus.) XXVI. 27 post init. (qui quorum opera id conflatum incendium ſ profiterentur) XLIV. 4 in. (maioribus copiis atque infestius concursum ab illis ſ, si loci satis ad explicandam aciem fuisset). Ego addo XXI. 15, 3 (octavo mense quam coeptum [oppugnari Saguntum quidam scripsere). Ex Sallustio Dietschius I., p. 47 collegit Jug. 53, 7 (et paene imprudentia admissum ſ facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem exploravissent. Jug. 113, 1 Dietschius refutat et Draegerus (Synt. §. 36, 6) immerito recepit, neque exemplum quod Rob. Schmidtius pg. 7 addit (Hist. IV. 61, 2) incorruptum videtur esse. Contra ego ex poetis duo certa exempla addere possum, Virg. Aen. I. 751 (nunc quales Diomedis equi ſ, nunc quantus Achilles ſ) et Hor. satt. II. 3, 85 sqq. (Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum Damnati ſ populo paria atque epulum arbitrio Arri). Simul etiam addo duos locos, quibus coniunctivus perfecti et plusquamperfecti omissus est Cic. de div. 2, 68 (quaero cur Alexandro tam illustre somnium? scil. fuerit) et ad Att. 2, 5, 2 (vellem ab initio, scil. fuissem.)

Quae exempla sic fere disponenda sunt. In interrogatione indirecta coniunctivus omittitur Virg. Aen. I. 751. Liv. XXVI. 27 Cic. de div. 2, 68. Atque in iis enuntiatis alter coniunctivus prope extare non debet neque ea valent, quae Haase de omissione coniunctivi imperfecti dixit. Contra in aliis enuntiatis semper alius coniunctivus, qui prope exstat,

indicat quae forma supplenda sit, quamquam eam interpretationem, quam Haase dat, non semper sufficere et saepius veram omissionem statuendam esse ex singulis locis apparet, quos hoc fere modo dispono: Coniunctivus deest in apodosi enuntiati condicionalis Hor. satt. II. 3, 55. Liv. XLIV. 4. Sall. Jug. 53, 7. Cic. har. resp. 8, 17, in enuntiato relativo Liv. XXII. 31, 11. XXII. 44, 7, in en. modali post *tamquam* Liv. IV. 53, in en° temporali Liv. XXI. 15, 3, in enuntiato, quod voluntatem significat, Cic. ad Att. II. 5, 2. Sed iam Tacitum inquiramus! —

2. De usu Taciti.

De ommissione coniunctivi v. subst[i] Tacitina praeter Waltherum et Boetticherum ex recentioribus optime disputavit Nipperdeyus, quem secuti videntur esse Storchius et Schmidtius. Ac Nipperdeyus quidem eam omissionem ad A I. 7 hisce legibus concludit. 1. Alius coniunctivus, qui eodem modo quo supplendus subiunctus est, adest, ut A. II. 9. 35. 65. IV. 22. VI. 35. 37. XV. 27. H. I. 21. IV. 34. G. 19. Addo autem, sub hoc numero omnia enuntiata secundaria praeter interrogationem indirectam et euntiata *modalia* per *tamquam* et *temporalia* per *dum* introducta intellegi. Exceptiones solas exstare A. I. 7, 3 in enuntiato finali „ne laeti excessu principis neu tristiores primordio“ et H. I 85 (ne contumax silentium, ne suspecta libertas). — 2. In quaestione indirecta et in exclamatione etiam sub finem et in medio periodi copula desiderari potest, id est, in iis enuntiatis alius coniunctivus eiusdem quo supplendus generis prope exstare non debet: A. I. 11. 16. 48. II. 14. 36. 63. 76. III. 40. 45. 52. H. III. 56. — 3. Eadem licentia post *tamquam* et *dum*, si in oratione obliqua exstant, invenitur G. 39. A. VI. 26. Ego in collectione mea Nipperdeyo non usus sum, nec puto eum omnia exempla Tacitina, quae ad omissionem coniunctivi pertinent, afferre in animo habuisse, quae ego cum fecerim, quid de Nipperdeyi legibus iudicandum sit, infra videbimus. Nunc autem addo Storchium, qui Nipper-

deyum secutus est, secundum principium suum falsum, de quo pg. 5 disputavi, omnibus locis, quos Nipp. sub 1 affert, omissionem omnino non esse contendere, maxime tamen immerito. Ad secundam autem seriem addit G. 9 et 13, complures autem locos omittit. Plura Schmidtius ipse collegisse videtur, sed ea quoniam postea ipse investigaturus sum cum nunc omittam, satis habeo affirmasse, non recte Schmidtium Dial. 1 (ut aut de ingeniis nostris male existimandum ⌈ si idem assequi possumus —) lectionem codd. defendere conatum esse. Quamquam enim analogiam affere potuit, Schmidtius ex D. 31, 14 (qui scit quid ⌈ ira — qui scit quid sit misericordia) tamen duobus illis locis Lipsium recte *sit* in textum adposuisse persuasum habeo, cum tales omissiones a stilo dialogi alienas esse putem. Sed nunc ipsum Tacitum inspiciamus! Primum autem videamus scripta minora.

1. *De scriptis minoribus.* *) Locos, quibus coniunctivi positi sunt, afferre operae non est pretium, sed sufficit me affirmare longe plurimis locis coniunctivum poni, paucissimis omitti. Itaque coniunctivus praesentis in scriptis minoribus XXIII locis invenitur, deest ter: G. 19, 13 (ne ulla cogitatio ultra ⌈ ne longior cupiditas, ne—ament) in en° modali G. 39, 10 (tamquam ibi initia gentis, ibi regnator omnium deus ⌈), in quaestione indirecta G. 9, 4 (unde causa et origo peregrino sacro parum comperi) **). Coniunctivus imperfecti positus est XVIII locis, desideratur ter.: in enuntiato concessivo Agr. 6, 7 (quamquam et provincia dives ac parata peccantibus ⌈ et — redempturus esset), in protasi en[i] condicionalis Agr. 24, 14 (si Romana ubique arma et velut e conspectu libertas tolleretur) cf. Draeger, in en° temporali Agr. 9, 9 (ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis — ubi officio satis factum ⌈ nulla ultra potestatis persona). Coniunctivus perfecti omissus est D. 18, 12 (nec quaero quis disertissimus), ponitur Agr. 9, 13. 33, 24. 15, 9. Coniunctivus plusquam-

---

*) De coniunctivi usu Tacitino cf. Jungklaussen, p. 6 sqq.

**) D. 31, 14, de quo loco supra dixi, non huc pertinet.

perfecti nusquam deest. — Principia autem quae Nipperdey constituit in scriptis minoribus recte se habent. Nam ubicunque in enuntiato finali, concessivo, condicionali coniunctivus deest, alius prope exstat, contra in interrogationibus indirectis et in enuntiatis per *tamquam* et *dum* introductis accuratiore coniunctivi supplendi significatione opus non est. Contra id quod Haase de omissione coniunctivi disseruit apud Tacitum valere non potest. Si enim coniunctivus praesentis in en° finali deest (G. 19, 13), ea lex, ne omittatur nisi eodem loco in oratione directa *est* deesse possit, nullum amplius habet momentum. Neque interpretatio omissionis, quam Haase dedit, omnibus locis sufficit, cum, si exempli gratia G. 19, 13 accuratius inspicimus, ex coniunctivo *ament* notio generalis „esse" non facile suppleri possit. Potius et hoc loco et multis aliis vera omissio statuenda est, quae solum „lenitur", ut Dietschius recte dicit, alio coniunctivo prope exstante. Omissionem autem coniunctivi in enuntiato finali, concessivo, in protasi en[i] condicionalis me apud priores scriptores non invenisse supra ostendi.

2. *De historiis.* In historiis coniunctivus praesentis XXI locis positus est, contra deest solum in duabus interrogationibus indirectis, II., 42, 2 (is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus ſ an in ipsa Othonis parte surrexerit, parum compertum) III. 16, 3 (dum Antonius quidnam agendum consultat) IV. 83, 13 (quaenam illa superstitio ſ quod numen ſ interrogat). — Coniunctivus imperfecti LXIV locis ponitur. Omissiones perrarae sunt. Exstant autem in interrogationibus indirectis II. 23, 2 (quae acta ſ et quid Caecina pararet?) II. 42, 6 (plerisque suorum ignaris quae causa salutandi ſ metum proditionis fecere) IV. 62, 5 (quale illud iter? quis dux viae?) *) IV. 69, 8 (quod bello caput?) in en° temporali

---

*) cf. Heraeum ad h. l.: „Zu diesem seltenen Coni. des exclamativen Fragesatzes in or. obl. s. Madv. §. 405, a. A. Ebenso A. I. 41 (quis ille flebilis sonus? quid tam triste?) XIII. 42. 49. Caes. B. C. I. 32. Liv. XXVII. 34". Addo H. IV. 69, 8 (quod bello caput?) Ex Kratzio pg. 9, A. XV. 62 (ubi meditata ratio?)

deyum secutus est, secundum principium suum falsum, de quo pg. 5 disputavi, omnibus locis, quos Nipp. sub 1 affert, omissionem omnino non esse contendere, maxime tamen immerito. Ad secundam autem seriem addit G. 9 et 13, complures autem locos omittit. Plura Schmidtius ipse collegisse videtur, sed ea quoniam postea ipse investigaturus sum cum nunc omittam, satis habeo affirmasse, non recte Schmidtium Dial. 1 (ut aut de ingeniis nostris male existimandum ſ si idem assequi possumus —) lectionem codd. defendere conatum esse. Quamquam enim analogiam affere potuit, Schmidtius ex D. 31. 14 (cui scit quid ſ ira — qui scit quid sit misericordia) tamen duobus illis locis Lipsium recte *sit* in textum adposuisse persuasum habeo, cum tales omissiones a stilo dialogi alienas esse putem. Sed nunc ipsum Tacitum inspiciamus! Primum autem videamus scripta minora.

1. *De scriptis minoribus.* *) Locos, quibus coniunctivi positi sunt, afferre operae non est pretium, sed sufficit me affirmare longe plurimis locis coniunctivum poni, paucissimis omitti. Itaque coniunctivus praesentis in scriptis minoribus XXIIII locis invenitur, deest ter: G. 19, 13 (ne ulla cogitatio ultra ſ ne longior cupiditas, ne—ament) in en° modali G. 39, 10 (tamquam ibi initia gentis. ibi regnator omnium deus ſ), in quaestione indirecta G. 9, 4 (unde causa et origo peregrino sacro parum comperi) **). Coniunctivus imperfecti positus est XVIII locis. desideratur ter.: in enuntiato concessivo Agr. 6, 7 (quamquam et provincia dives ac parata peccantibus ſ et — redempturus esset), in protasi en[i] condicionalis Agr. 24, 14 (si Romana ubique arma et velut e conspectu libertas tolleretur) cf. Draeger, in en° temporali Agr. 9, 9 (ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis — ubi officio satis factum ſ nulla ultra potestatis persona). Coniunctivus perfecti omissus est D. 18, 12 (nec quaero quis disertissimus), ponitur Agr. 9, 13. 33, 24. 15, 9. Coniunctivus plusquam-

*) De coniunctivi usu Tacitino cf. Jungklaussen, p. 6 sqq.

**) D. 31, 14, de quo loco supra dixi, non huc pertinet.

perfecti nusquam deest. — Principia autem quae Nipperdey constituit in scriptis minoribus recte se habent. Nam ubicunque in enuntiato finali, concessivo, condicionali coniunctivus deest, alius prope exstat, contra in interrogationibus indirectis et in enuntiatis per *tamquam* et *dum* introductis accuratiore coniunctivi supplendi significatione opus non est. Contra id quod Haase de omissione coniunctivi disseruit apud Tacitum valere non potest. Si enim coniunctivus praesentis in en° finali deest (G. 19, 13), ea lex, ne omittatur nisi eodem loco in oratione directa *est* deesse possit, nullum amplius habet momentum. Neque interpretatio omissionis, quam Haase dedit, omnibus locis sufficit, cum, si exempli gratia G. 19, 13 accuratius inspicimus, ex coniunctivo *ament* notio generalis „esse" non facile suppleri possit. Potius et hoc loco et multis aliis vera omissio statuenda est, quae solum „lenitur", ut Dietschius recte dicit, alio coniunctivo prope exstante. Omissionem autem coniunctivi in enuntiato finali, concessivo, in protasi en[i] condicionalis me apud priores scriptores non invenisse supra ostendi.

2. *De historiis.* In historiis coniunctivus praesentis XXI locis positus est, contra deest solum in duabus interrogationibus indirectis, II., 42, 2 (is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus *Γ* an in ipsa Othonis parte surrexerit, parum compertum) III. 16, 3 (dum Antonius quidnam agendum consultat) IV. 83, 13 (quaenam illa superstitio *Γ* quod numen *Γ* interrogat). — Coniunctivus imperfecti LXIV locis ponitur. Omissiones perrarae sunt. Exstant autem in interrogationibus indirectis II. 23, 2 (quae acta *Γ* et quid Caecina pararet?) II. 42, 6 (plerisque suorum ignaris quae causa salutandi *Γ* metum proditionis fecere) IV. 62, 5 (quale illud iter? quis dux viae?) *) IV. 69, 8 (quod bello caput?) in en° temporali

---

*) cf. Heraeum ad h. l.: „Zu diesem seltenen Coni. des exclamativen Fragesatzes in or. obl. s. Madv. §. 405, a. A. Ebenso A. I. 41 (quis ille flebilis sonus? quid tam triste?) XIII. 42. 49. Caes. B. C. I. 32. Liv. XXVII. 34". Addo H. IV. 69, 8 (quod bello caput?) Ex Kratzio pg. 9, A. XV. 62 (ubi meditata ratio?)

I. 21, 10 (dum Galbae auctoritas fluxa ʃ, Pisonis nondum coaluisset), in enuntiatis finalibus H. I. 85, 4 (ne contumax silentium, ne suspecta libertas) cf. p. 51. IV. 18, 10 (ut suo militi recens gloria ante oculos, et hoste — terrerentur). Omissiones perfecti et plusquamperfecti in historiis non exstant. De principiis autem omittendi infra disputabo, nunc statim transeamus ad

3. *Annales*. In annalibus enim, in ultimo Taciti opere, quod nobis relictum est, usus ille omittendi coniunctivum, cuius in prioribus scriptis admodum pauca exempla invenimus, plane excultus est. Quamquam enim in eo quoque opere positiones praevalent neque principia illa omittendi et ponendi, quae in indicativo et infinitivo explicui, etiam in coniunctivo valent, tamen omissiones plurimis locis inveniuntur. Itaque coniunctivus praesentis in annalibus positus est XLVIII locis, deest in multis interrogationibus indirectis I. 11, 5. 35, 1. VI. 8, 18. I. 48, 13. XII. 35, 6. I. 61, 15, III. 45, 11. VI. 14, 4. II. 36, 11 (unde prospici posse quae cuique tam longo temporis spatio mens, domus, fortuna ʃ) II. 9, 9 (unde ea deformitas oris ʃ interrogat) II. 63, 11, II. 76, 3, semel in en° relativo A. IV. 40, 5 (principum diversum esse sortem, quis praecipua rerum ad famam derigenda ʃ, ideo se non illuc decurrere, quod promptum rescriptu ʃ). Coniunctivus imperfecti in interrogatione indirecta deest I. 11, 4. 16, 11. III. 11, 7. 40, 12. IV. 72, 4. VI. 3, 3. VI. 7, 15. XI. 15, 11. XII. 36, 5 (quis ille tot per annos opes nostras sprevisset) de *quis ille* = *quis ille esset qui* cf. Draeger. XIII. 6, 6. XVI. 30, 10, in en° relativo I. 40, 2 (eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia et contra rebellis auxilium ʃ) I. 47, 7. II. 85, 12. III. 47, 6. 40, 12. 39, 9. IV. 24, 3. 43, 7 XIII. 55, 14. 31, 14, in en. modalibus I. 2, 8 (ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior ʃ opibus et honoribus extollerentur) IV. 37, 14. XIV. 41, 8, in en° temporali VI. 26, 8 (dum integer ʃ dum intemptatus ʃ honestum finem voluisse), in protasi en[i] condicionalis I. 40, 4 (vel si vilis ipsi salus ʃ,

cur filium parvulum — haberet), in apodosi **XV.** 8, 5 (et capta*[* quaedam castella gloriaeque et praedae nonnihil partum*[*, si—habuisset) **XV.** 42, 12, in enuntiato finali **I.** 7, 3 (ne laeti excessu principis neu tristiores primordio), in en° quod voluntatem exprimit **XII.** 48, 18 (dum invisus infamis), ubi tamen *foret* sequitur. Coniunctivus perfecti desideratur **XI.** 35, 5 (tum quidquid avitum Neronibus et Drusis*[* in pretium probri cessisse) **XV.** 49, 2 (nec tamen facile memoraverim quis primus auctor). Coniunctivus plusquamperfecti deest in en° relativo **IV.** 55, 20 (cui mox a Pelope nomen) in en° causali **I.** 9, 2 (quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitae supremus*[* quod Nolae in domo et cubiculo in quo pater eius Octavius vitam finivisset). — Quod autem illam legem attinet, Tacitum coniunctivum non omittere nisi alius supplendo similis prope exstet, exceptionibus, quas Nipperdey attulit, quae sunt interrogationes indirectae et enuntiata per *tamquam* et *dum* introducta, ego addo nonnulla en^a^ relativa (**A. I.** 47, 7. **IV.** 39, 9. 43, 7. **XIII.** 55, 14), in quibus condicio eadem est, quae in interrogationibus indirectis. — Denique opus est quaerere, quod extremum consilium in ea coniunctivi omissione Tacito fuerit. Nam cum longe plurimis locis coniunctivus verbi subst^i^ a Tacito positus sit, non intelligitur quid sibi velint paucae illae omissiones. Qua in re ea interpretatio vera videtur esse, ut putemus Tacitum etiam in coniunctivo licentiam illam omittendi, quae ei in indicativo et infinitivo fuerit, usurpare conatum neque tamen conatus modum excessisse. Utcunque autem ea res se habet, certe in ea quoque omissione Tacitus a reliquis scriptoribus maxime differt.

V.

CONCLUSIO.

Coniunctivi usu absoluto iam ad finem eius operis mei partis veni, in qua de terminis atque finibus omissionis v. subst[i] dicere in animo mihi erat. Secundum consilium autem meum de quo pg. 2 dixi, si nunc id perficere vellem, dicendum protinus esset, de ratione, qua Tacitus singulis locis licentia omissionis usurpata in narratione variarum rerum usus est. Quod si nunc latiore sermone demonstrandum susciperem, timeo ne modum huic scripto propositum valde excederem. Qua re satis sit, variorum narrationis generum, quorum iam saepe mentionem feci, exempla pauca afferre. Nam cum contemplati simus adhuc, ut anatomici viri singulas corporis humani partes, enuntiata singula ex conexu sententiarum recisa, summae est utilitatis, nos totum narrationis colorem atque habitum quatenus omissione frequenti verbi substantivi formatus est, accuratius inspicere. Ubi enim Tacitus suas ipsius cogitationes, sive ad mores universos sive ad suae aetatis mores spectant, exponit, verbosior esse et v. subst[um] minus saepe omittere solet. Itaque exempli gratia in Agricolae primis capitibus, ubi condicio rerum scriptoris, qualis sub Caesaribus sit, exponitur, vix semel v. subst[um] omissum videtur esse. — In simplici historica narratione Tacitus plerumque brevis est. Sed ubi actio paulo vividior fit, copulae omissio frequentissima est (A. I. 1. 41. 49. 63. 64. 65 fin. Agr. 17, 2. H. IV. 29, 7). In descriptioribus morum atque terrarum copula plerumque deest, qui usus in tota Germania et Agr. 11—12 invenitur. Orationum genus, prout affectus est, quem exprimunt, varium est. Nam si magna animi commotio oratione significatur, copula plerumque omittitur (Agr. 15, 2—8), contra si gravitas atque dignitas, omissiones rariores sunt (A. I. 42. 58).

Extremo autem loco liceat quae opere meo constituta mihi videntur esse paucis repetere. 1. Omissionis frequentis

v. subst^{i}, quam apud Tacitum invenimus, Virgilii poetae usus proxima analogia est. — 2. Verbum subst^{um} non promiscue sed certa ratione a Tacito positum vel omissum est. — 3. Omissiones verbi subst^{i}, quae apud Tacitum inveniuntur, omnes eiusmodi sunt, ut Romanos, cum novi atque iucundi aliquid afferrent, tamen non offenderent. — 4. Usus omissionis secundum tempus editionis in variis Taciti scriptis varius est atque ordo scriptorum, quem Woelfflinus constituit, confirmatur: Dialogus, Agricola, Germania, Historiae, Annales.

Index rerum.

Pagina.

I. Prolegomena 1
II. De indicativo temporum praeteritorum.
1. De usu reliquorum scriptorum 16
2. De nsn Tacitino. A. De scriptis minoribus. 18
3. B. De historiis et annalibus. a. De coniugatione periphrastica 21
4. b. De usu temporum praeteritorum verbi subst[i], quatenus apud nomen etc. exsta. 1. De enuntiatis primariis. 25
5. 2. De enuntiatis secundariis 38
III. De futuri verbi subst[i] usu 46
IV. De coniunctivorum verbi subst[i] usu.
1. De usu aliorum scriptornm. 48
2. De usu Taciti 51
V. Conclusio 56

Index locorum critica ratione tractatorum.

	Pag.
Hor. satt. II. 2, 66	49
Hor. epp. I. 3, 30	49
Cic. off. I. §. 58	49
Sall. Iug. 113, 1	50
Sall. Hist. IV. 61, 2	50
Cic. ad Att. I. 14	16
Tac. Agr. 22, 8	20
„ Dial. 1, 8	52
„ „ 31, 14	52
„ Ann. I. 32, 15	48